Unde calidum et frigidum habent duplices operationes. Nam alique conveniunt eis primo et sic propria operatio calidi est calefacere et frigidum est frigidificare et per illas operationes non describuntur in presenti. Alie sunt operationes consequentes et convenientes eis secundarie. et sic proprium calidi est subtilizare lenificare. Caliditas enim sua virtute est depurativa metallorum et rubiginis ipsorum consumptiva. Nam agendo in substantiam ipsius metalli ipsam dissolvit et si quid inveniunt feculentie et rubiginis ipsum separat et consumit. Unde si aurum fuerit omnino purum violentia quidem caloris dissolvit sed non consumitur. et sic in suo pondere non minoratur. Et quia calidum et frigidum sunt opposita ideo frigidum ingrossat et condensat. Dicit ergo textus quod calidum est congregativum homogeniorum et disgregativum heterogeniorum. Cuius ratio est quia proprium calidi est subtilizare et rarefacere. Sed unumquodque sit rarius et magis subtilius per depurationem nature extranee sicut aqua et unumquodque sit purius per expulsionem aliene nature. ergo oportet quod calidum congreget homogenia. id est ea que sunt unius et eiusdem rationis. Et disgreget heterogenia. id est ea que sunt diversarum naturarum ut aurum ab alio metallo. Alia ratio. quia calidum est attrahere. sed ea facilius attrahuntur que sunt similia naturarum. Ideo est quod calidum congregat homogenia et disgregat heterogenia. Sed frigidum congregat homogenia et quod

Tractatus Secundus

Deq; etrogenia Ratio q; Irigidi est ingrossare. modo per ingrossationem fit coniunctio corporū non solum homogeniorum sed etiam etrogeniorum. sicut videmus in congelatione aque vbi excluditur quandoq; ferrum vel aliquod aliud vt lignū vel lapis quod non est sue nature. Vnde frigiditas est condensativa quia frigiditate faciente motū ad centrū pars parti vicinias coheret et partes enim prius erant per interpositionem humiditatis separate a centro sed hūiditate cōdensata ad centrū constringitur. Insuper frigidū est ingrossare quia dum per actionem frigiditatis partes partibus coherent tunc grossius efficitur.

Calidū est congregatiū homogeniorū et disgregatiū etrogeniorū. Congregat enim aurū cū auro et separat ferrū ab auro. Frigidū autē est cōgregatiū homogeniorū et etrogeniorum. Congregat enim aurū cū auro et argentum cum auro.

¶ Humidum est

Vnde illud dicitur esse terminatū termino proprio quod in se et suis partibus est figurabile sub propria dispositione et figura sine hoc quod exiit ab aliquo extrinseco operante seu figurante sicut lapis habet in se figuram quandam et constantiā partium. Et sic corpora sicca sunt terminata q; talia sunt dura et propter duriciē habent partū constrictiōē et sic stant sub propria figura sine aliquo cōmimente. male autē terminantur ab aliquo extrinseco. quod patet quia lapis non facilliter recipit aliam figuram ab aliquo nisi per magnū laborē. Sed illud terminatur alieno termino qd in se nō habet partium constrictiōē nec stat sub propria figura sed indiget aliquo extrinseco operante vt aqua non contumescat sed defluit. Et ideo si debet recipere p̄strictionē partium oportet quod hoc recipiat per aliquod extrinsecū sic q; per tale extrinsecū sumatur et terminetur. Et rō est quia ipsum propter sui fluxibilitatem facilliter recipit figurā et terminū ab aliquo. Et ergo dicitur littera Humidū est quod male est terminabile r̄. i. quod in se et in suis partibus non bene potest habere propriū terminū et propriam figurā propter sui fluxibilitatem. bene tamen terminatur termino alieno. i. bene recipit terminū et figuram ab aliquo extrinseco continente et terminante ipsum propter sui molliciem propter quam facilliter recipit terminū et figuram. Et hoc est qd dicitur. ij. de generatione de humiditate. Est enim humiditas naturaliter labilis et fluxibilis male in se terminabilis sed tamē sufficit termino alieno. Siccū autem e converso se habet nā est illud quod bene est terminabile termino proprio male autē termino alieno. Rō quia siccū h̄g cōsistentiam ac partū soliditatem et est durum fortiter resistens corpori extrinseco. ergo non facilliter recipit corporis cōmimentis figurā. Et debet intelligi de sicco duro ac grosso vt est terra lapis lignum r̄. i. quia siccum rarum quale est ignis facile terminatur termino alieno.

Humidū est qd male est terminabile termino proprio bene autē termino alieno.

Vñ patet qd aer est humidior quā aqua q; magis fluxibilis est. Siccū est quod est h̄n terminabile termino proprio male autē termino alieno vt lapis lignum.

¶ Nota qd humiditas est causa

Vnde duplex est humiditas. Quedam est humiditas permixta frigiditate et dicitur humiditas aquea et hec humiditas est causa grossitiei et hoc propter frigiditatem et admixtā. frigidū enim est ingrossare. ij. meteororū. Et illa humiditas reperitur in phlegmaticis et ideo tales sunt grossi. vñ licet facilliter recipiant doctrinam propter humiditatem tamē difficulter retinet propter frigiditatem que ingrossat cerebrum eorum et perturbat. et illa facit obliuisci. Et ergo dicit philosophus in de sensu et sensato q; animalia humana et etiam alia habentia magnū cerebrum sunt peioris memorie q; illa que habent parvū cerebrum. quia cerebrum est membrum frigidissimū in homine et ipsum est situatum circa cellulas memorie. ergo quando cerebrum est magnū tunc per suam frigiditatem indisponit et ingrossat memoriam et ita difficulter potest retinere propter frigiditatem. Alia est humiditas permixta caliditate et dicitur aerea et illa non includit grossitiam sed subtilitatem. Et de illa non loquitur littera sed solum de prima. Vnde illa humiditas aerea est in nobilissima cōplexione scz in sanguinea. Vnde sanguineus facilliter recipit rōē humiditatis. et diu retinet rōē caliditatis. Et sanguinea est nobilissima complexionum quo ad doctrinā. Sic similiter est facienda distinctio de siccitate. Quedam enim est permixta frigiditate et dicitur terrea et de hac nō loquitur littera quia illa non inducit subtilitatem sed grossitiam et sic elementum cui appropriatur illa siccitas grossissimū est elementorum. Et hec siccitas reperitur in melancholicis qui sunt frigidū et sicci. Vñ ratione enim siccitatis melancholicus difficulter recipit et id quod recipit facilliter obli-

discitur ratione frigiditatis ideo raro aliquis melancholicus reperitur de numero sapientum. **M**ia est siccitas permixta caliditate et vocatur siccitas ignea. Et de illa loquitur littera. **H**ec enim est causa subtilitatis. **E**o quod habet nec sibi frigiditatem nec humiditatem admixtam quorum est ingrossa re. **i**. de generatione. Et talis reperitur in cholericis complexionibus. Est enim cholera calida et hec et hec accedit ad elementum ignis. et sic cholericis sunt nigri. Et hec complexio est optima post sanguineam. Licet enim ratione siccitatis difficulter recipit tamen ratione caliditatis diu retinet que qualitas maxime actiua est ergo cholericis plus crescunt quam alij. Ex quo patet interio teptus quod humiditas permixta frigiditate est causa grossitiei. s. siccitas permixta caliditate est causa subtilitatis.

Nota quod humiditas est causa grossitiei quod inducit grossitiam humorum. Siccitas

autem est causa subtilitatis quia exsiccat grossitiam humorum. **I**tem due qualitates. **U**nde licet omnibus quatuor qualitatibus primis conueniat inter se agere et pati. in due scilicet caliditas et frigiditas sunt magis actiue. alie vero due sunt magis passiue. **H**oc modo dicitur. **i**. philosophorum quod omnis actio dicitur passio. Et primo de generatione. **O**mne agens in agendo reparatur. **N**ec ille due scilicet caliditas et frigiditas sunt magis actiue ita quod nulli passibilis sunt vel eam includant. **S**ed intelligitur sic quod ille qualitates sunt magis actiue quam alie due. **A**lie enim due sunt magis passiue quod sunt maioris resistentie quam sunt actiue. et hoc apparet ad sensum in igne quod ratione caliditatis in ipso predominantis est maxime actiuitatis et modice resistentie respectu aque vel terre. ex eo quod aqua vel terra potest calefieri sicut elementa naturaliter frigida quod bene potest pati ab igne. ignis autem non potest frige fieri quod non potest multum pati ab aliquo alio corpore frigido.

Ite due qualitates sunt magis actiue scilicet caliditas et frigiditas. Et due magis

passiue ut humiditas et siccitas. **D**istantur autem elementa

Unde secundum ordinem et situm elementorum etiam est dispositio et differentia eorum in raritate et densitate. **T**erre enim est elementum grossum et maxime densum. **A**qua autem in decuplo excedit terram in raritate. Et similiter aer in decuplo excedit aquam in raritate. Et ignis in decuplo aere. Et hoc patet quod terra in centuplo est grossior et densior quam aer. et millesies grossior quam ignis.

Notandum. **Q**uod philosophi in primo metaphysice in fine. **E**a que sunt magis densa magis habent de materia. et ea que sunt minus densa minus habent de materia. unde hec duo corpora equalibus magnitudinibus quando unum est terre nature aliud vero aeris. et tunc illud quod est terre nature centuplo plus habet de materia sub eadem quantitate quam habet aliud corpus in magnitudine scilicet aereum. Et inde est quod ignis est corpus magis transparens. **T**erra autem que habet magis de materia nullo modo est transparens. Et sic est intentio autoris quod elementa generantur ex se inuicem ita quod ex igne fit aer tamen secundum quod elementa se excedunt secundum hoc stat proportio unius cum alio. et sic aqua excedit terram in decuplo ideo ex uno pugillo terre fiunt decem aque per maiorem rarefactionem. Sic e conuerso ex mille pugillis ignis fit unus pugillus terre per condensationem. Est ergo **N**otanda

Regula

Superiora elementa ex inferioribus per rarefactionem. sed inferiora ex superioribus per condensationem generantur. **Q**ue regule primo metaphysice. ubi dicitur. **D**ico autem ignem aerem aquam et terram hec quidem congregantur in una pura que sunt grossiora illa vero disgregantur. s. que sunt subtiliora. et sic altiora ex se inuicem sunt

Notandum etiam. **S**icut elementa excedunt se in raritate ita excedunt se in quantitate. **U**nde tota sphaera aque in decuplo est maior sphaera terre. et ignis millesies est maior. et hoc dens et natura ita ordinauerunt. **N**am ex hoc quod unum elementum est rariius et subtilius alio. **S**i ergo hoc non recuperaret in magnitudine quod decapit in materia totaliter corrumperetur elementum vicinum et sic fieret deordinatio totius vniuersi. **U**nde de aqua est elementum rariius terra. **S**i ergo aqua non magis dilaretur in quantitate quam terra fieret corruptio aque in elementum proximum scilicet in terram et sic oporteret quod fieret corruptio totius vniuersi quia omnia in vniuerso sunt composita ex elementis.

Queritur. **U**trum quodlibet elementum transmutetur immediate in alterum. **P**ro decisione quodis. **N**otandum quod apud quamlibet transmutationem duo requiruntur principia. scilicet formale actiuum et materiale subiectum. **U**nde oportet in ipsis transmutationibus esse unam materiam communem ad formas contrarias. secundum commentatorem enim non solum sufficit contrarietas vel comunicatio solum in una materia ad transmutationem sed verumque requiritur scilicet materia una tanquam principium receptiuum saltem originale. et contrarietas vel forma contraria tanquam formale et actiuum principium transmutationis.



Tractatus Secundus

Notandum secundo q̄ elementa transmutari ad inuicē intelligit̄ duplici-
citer Vno mō s̄m se tota ite q̄ aliq̄s elementū s̄m
se totum transmutat aliud vel transmutetur in ipsum. et hoc est impossibile ratio quia quodli-
bet est de perfectione vniuersi quare semper oportet ipsum manere s̄m aliquid Alio mō intelli-
gitur s̄m suas partes sic q̄ vnum elementum non s̄m se totū sed s̄m aliquā sui partem transmu-
terur in alterum. et sic est verū vt patet. iij. celi et. viij. phisicorū et isto modo quodlibet elemē-
tum dicitur generabile et corruptibile sc̄z s̄m partem et nō s̄m totum. qm̄ quodlibet s̄m se to-
tum est perpetuū Vnde vnum elementum transmutari immediate in aliud potest dupliciter in-
telligi Vno mō per priuationem successionis temporalis sic q̄ vnu elementum recipiat formā
factā alterius in instanti et sine quocumq̄ medio temporalis. et sic non est verū quia transmutatio
elementorum est morosa s̄m alterationē qualitarum essentialium Alio modo per priuationē ali-
cuius mediantis in quod prius transmutetur anteq̄ transmutatur in alterum Vnde prima im-
mediatio vocat̄ immediatio successiua. sc̄da vocatur subiectiua. Quib⁹ singulis premissis sit talis

Conclusio prima

Quodlibet elementum transmutatur in alterū sc̄do mō. Patet conclusio q̄ contraria immedia-
ta transmutantur ad inuicem immediate. Sed elementa quecumq̄ sunt h̄mōi ergo Vno nota
ex terminis Vno patet quia inter ignem et aquam nullus est mediū salte participatiōis Nec
obstat q̄ aer mediat inter ignem et aquam cōueniens cū eis in quibusdā qualitatibus q̄ propter
hoc non dicitur mediū participatiōis. q̄ si sic tam nullum esset dandum elementum extremū
sed omnia essent media Cū nullum sit elementum quā ad minus cōueniat cū aliquo alio in q̄-
litate aliq̄. Et quia quecumq̄ sunt actiua et passiua rōe sui vnum transmutatur in alterū imme-
diatē Sed elementa sunt huiusmōi ergo Vno nota quia pro tanto transmutatio dicitur media-
ta q̄ vnu agit in virtute alteri⁹ Illa ergo d̄ immedata vbi vnu non agit in virtute alteri⁹. sc̄z
quodlibet vrate sui ipsi⁹ Vno patet q̄ elemēta agūt s̄m se et vnum nō agit in virtute alterius.

Conclusio Secunda

Transmutatio cuiuslibet elementi in alterū est successiua licet quorundā elementorum transmuta-
tio sit facili⁹ quorundā vero difficili⁹ Patet conclusio pro prima parte Nā quorum transmuta-
tio sit simul cū alteratione hec est successiua Sed transmutatio elementorum fit simul cū altera-
tione qualitatū eorū Vno nota q̄ omnis alteratio est successiua primo phisicorum Vno est
Cōmentatoris volentis. iij. celi q̄ tantum deperditur forma substantialis elementi q̄rū deperdit̄
q̄litas eiusdē. vbi vult Cōmen. q̄ omnis transmutatio forme substantialis aliq̄ elemēti in alte-
rum est cum alteratione et corruptione qualitatū eiusdem in qualitatem alteri⁹ elementi Et q̄
vbiq̄s corrumpitur pars post partem ibi est transmutatio successiua Sed huiusmodi corrup-
tio est in elementis Vno nota Vno patet per Cōmentatorē loco pallegato et. viij. phisico-
quia vna pars ignis generatur post aliā quousq̄ tot. cōpletur et simili mō etiam corrumpitur.
Vel etiam elementa generantur et corrumpuntur s̄m partes qualitatū successiue. nā q̄rūm fr̄-
gilitatis acquiruntur tantū caliditatis deperditur. quare etiā generantur et corrumpuntur s̄m par-
tes formarū substantialiū. cū generatio et corruptio simul sint cū alteratione earū Patet conclu-
sio quo ad sc̄dam partē sic In quorū transmutatione corrumpitur vna qualitas t̄m hec est facili⁹
or q̄ ista in qua corrumpitur due qualitates Sed in transmutatione aliquorū elementorū corrup-
tur t̄m vna qualitas. in aliorū vero due. ergo aliquorū transmutatio erit facili⁹. aliquorū vo-
difficili⁹ Vno q̄ facili⁹ est transmutare vnum q̄ duo Vno patet quia in transmutatione
aque in ignem corrumpuntur due qualitates. ex quo aqua in ambabus suis qualitatibus est p̄ra-
ria igni In transmutatione vero aeris in ignem corrumpitur t̄m vna qualitas scilicet humiditas
ex quo aer p̄ illā t̄m sit cōtrari⁹ igni In alia vero sc̄z caliditate cū igne cōuenit quare t̄.

Generantur aut̄ elementa ex se inuicem. ex vno enim pugillo terre sunt decem

aque centum aeris et mille ignis

Generatio est duplex.

Vnde generatio potest dici simplex dupliciter Vno modo q̄ est ad simplicem terminū vt
quādo res que acquiruntur per generationē habet esse simplex et simplicē naturā. et sic acquisitio
cuiuscumq̄ forme saltem subsistentis potest dici generatio simplex. immo etiā sic acquisitio acci-
dentis generatio diceretur. quodlibet em̄ accidēs in sua forma est simplex accidens vt dicit Au-
tor sex principiorum Et hoc modo non capitur hic generatio. nam sic comprehendit sub se gene-
rationem s̄m quā que est generatio accidentis Alio modo generatio dicitur simplex ex eo q̄ est
ent̄s simpliciter dicit Et sic generatio substantie dicitur generatio simplex Nam. vij. metaphi.
Substantia est ens simpliciter dictum eo q̄ habet esse propriū et propriam quidditatem. Acci-

Deus autem solum est ens sicut quod immo proprie non est ens sed passio entis ut dicitur ibidem. Et sic patet quod generatio accidentis est generatio sicut quod quia entis sicut quod generatio autem substantie est generatio simpliciter dicta quia entis simpliciter dicitur.

Queritur Verum in generatione simpliciter dicta verius generatur compositum quam forma substantialis. De presenti questione sicut controversiam inter modernos et antiquos due sunt opiniones quarum prima est quod forma substantialis verius generatur quia ipsa simpliciter producit de non esse ad esse sed compositum solum sicut partem producit quia solum sicut formam eo quod materia est ingenerabilis. Sed hec opinio reprobatur. vij. metaph. ubi dicitur quod forma non generatur. Ratio quod omne quod generatur fit ex materia manente in ipso. Si ergo forma fieret aut generaretur fieret ex tali materia et per consequens ipsa forma esset composita ex materia et forma. cum esset generata. et sic forme esset forma quod est inconueniens. vij. metaph. Et quia materia non generatur. nam est ingenerabilis primo philosophorum ergo neque forma. Tenet consequentia quia non videtur maior ratio de uno quam de alio. cum sint partes compositi. Alia est opinio huic opposita scilicet quod solum compositum vere generatur. Unde unumquodque pro tanto dicitur generari in quantum recipit esse post non esse. Nam generatio est de non esse ad esse rei primo de generatione et. v. philosophorum et. xi. metaph. sic.

Notandum quod nulla pars compositi habet esse simpliciter et subsistens. unde materia non habet esse simpliciter sed solum habet esse sub forma. nam omne esse recipit a forma. Ideo dicit primo de generatione impossibile est eam stare nuda. Immo implicat contradictionem quia ipsa esset sine esse. i. forma. Etiam quia esse est a forma. vij. metaph. Sed materia nullum habet actum ergo de se non habet esse. Si ergo staret nuda ipsa staret sine esse quod implicat et est impossibile. Et ideo dicit beatus Thomas quod ipsa materia per potentiam diuinam non potest stare sine forma. Sic etiam forma non habet esse de per se sed habet esse prout communicatur cum materia. saltem loquendo de forma mere naturali que est educta de potentia materie. unde si talis forma haberet esse per se tunc posset separari a materia sine corruptione et sic forma huiusmodi posset per se esse immo quelibet forma mere naturalis totum esse recipit a materia. et ergo non habet esse proprium sed esse materie communicatum. Et ergo implicaret eam esse sine materia eo quod forma in sua naturali ratione et essentiali includit materia. ideo separatio forme naturalis a materia est eius corruptio. Ex quibus omnibus videtur ad questionem quod proprie loquendo solum compositum est illud quod vere generatur. Cuius ratio est quia hoc solum vere generatur quod habet esse post non esse. Sed hoc solum est compositum quia nulla pars compositi proprie habet esse sed solum in esse ut dictum est igitur. Immo esse post non esse est finis generationis. unumquodque autem magis dicitur tale sicut quod magis loquitur rationem propriam finis ut dicitur. i. cels. unde ibidem dicitur illud quod non potest in fine sue speciei non habet nomen sue speciei nisi equiuoce. et sic homo pictus non habet nomen hominis nisi equiuoce. Constat autem quod nulla pars alicuius compositi potest in fine generationis quod est esse. Et quod pars compositi solum habet esse. igitur nulla proprie generatur solum compositum.

Ratio duplex

Equiuoca est sicut quam corpora celestia et superiora dicuntur generare ista inferiora ut dicitur. ij. philosophorum. Homo generat hominem et sol. per solem intelligendo influxum omnium planetarum et stellarum fixarum. Et. ij. de gene. Ratio solis in obliquo circulo est causa generationis. non uniuoca sed equiuoca quia non assimilatur sibi effectum productum seu generatum in specie.

Sicut quid siue generaliter accepta et est quibus transmutatio siue substantialis siue accidentalis ut adeptio baccalariatus vel magisterii de generatione sicut quid. Particularis sicut est nutritio et deperditio in membro reformationis. Simpliciter stauratio. Totius ut est mutatio totius compositi in totum compositum.

De diffinitione generationis

Unde generatio simplex est transmutatio huius totius in hoc totum nullo sensibili remanente. Id est est introitus noue forme substantialis cui cedit alia in materia nullo composito manente eodem. Nam per sensibile autem intelligit totum compositum ut patet in textu sequenti. quia cum forma substantialis exit cessat denominatio specifica compositi. Et quod talis est a forma. Illa enim dat esse rei. vij. metaph. Et quo patet quod in generatione unum totaliter corrumpitur et alterum totaliter fit. Nam in generatione animalia totum animal corrumpitur et generatur de nouo cadaver. Unde in hoc autem quod dicitur nullo sensibili remanente innuitur quod nihil maneat in generato quod fuit in corrupto. Ratio quia illud quod generatur accipit nouum esse sicut se totum simpliciter. Si ergo in eo aliquid maneret quod haberet esse tunc non simpliciter acciperet nouum esse sed solum secundum partem.

Tractatus Secundus

De materia et accidentib⁹ in gⁿatione

Queritur An eadem materia atq³ accidentia maneant in genito et corrupto. Pro prima parte Notandum q^d materia potest sumi dupliciter Vno modo vt est potentia deuudata et spoliata p^r intellectum ab omni forma et dispositione ad formam. et sic dicitur materia prima. Alio modo vt est disposita ad susceptionem forme huius vel illius Scdm⁹ qua^m distinctionem Dicendū p^rmo q^d materia primo modo accepta est eadem cum omnibus generabilibus et corruptibilibus. Ad q² in quolibet genere causarū est deuenire ad vnum primum principiu³. ij. metaph. Sicut ergo est deuenire ad vnum primum efficiens et ad vltimum finem etiā ad vnam primordiale formā ita est deuenire ad vnam primam materiā. Preterea in omni transmutatione supponitur aliquid quod non acquiritur per motum nec abicitur sed permanet sub vtroq³ termino transmutationis Hoc autem non est forma quia talis abicitur igitur est materia. et per consequens cū omnia generabilia et corruptibilia sint ad inuicem transmutabilia eorum omnium est eadem materia p^rmo de generatione Secdo dicendum q^d materia proxima est disposita ad susceptionem forme deteriate non est vna in omnibus habentibus transmutationē Cuius ratio est q^d actus actiuorū recipiuntur in patiente predisposito scdo de anima Sed alij et alij actus requirunt aliam et aliā diūpōz et potentiam. Cum ergo actus proprius recipiatur in propriam potentiam scilicet materiam igitur h⁹ diuersitatem formarum est diuersitas materialium vt liquefactibilem materia est aqua. Ad scdam partem dicendum q^d non manent eadem accidentia in numero sed solum in specie Cuius rō est q^d accidentia proprie non habent proprium numerum neq³ per se ponuntur in numero sed sunt vnum numero cum subiectis et ideo quando subiectū variatur necesse est q^d accidentia variantur ergo non manent eadem accidentia in numero sed in specie. Et intelligit^r maxime de accidentibus que requiruntur ex parte forme specificē que scz ipsa forma determinat sibi in materia vt sunt qualitates prime. De alijs aut³ accidentibus non apparet magnum dubium q^d scz forma non determinat sibi in materia sicut est albedo nigredo rōis Cū ad oculum pateat eadem albedinem numero manere in vacca viua et mortua Item eandem nigredinem in ethiope viuo et mortuo Et ista opinio probatur primo quia si eadem qualitas numero maneret in genito et corrupto tunc idem accidens numero migraret de subiecto in subiectum quod naturaliter est impossibile Secdo probatur per textum auctoris et est originaliter Aristotelis in primo de gⁿatione vbi dicit q^d generatio est transmutatio huius totius in hoc totum nullo sensibili remanente. mō qualitas prima est sensibilis quia sensu tactus.

	Generice		genericam	possunt	
Formarū substantialiū	Specifice	Sili mō diuersifican tur accia. Nā quedā sunt accidentia conse quentia formam	analogicam	Et ta lia	esse in diuersis subiectis.
	Analogice		specificam	nō pōt	
Accidētū quedā consecuntur subiectū ratōe	Forme vt	excedit capacitātē corporis cōmunicat suā actōem corpi	vt	intelligere sentire	
	Materie p ^r respe ctum ad formam	Binalē vt Speci alem	albedo et nigredo conu masculinum et femininum	manent non manēt	in geni to et cor rupto

Generatio duplex est scz simplex et h⁹ quid gⁿatio simplex est generatio substantie et diffinit sic gⁿatio est trāsmutatio huius totū in hoc totū nullo sensibili remanente Vel gⁿatio est expoliatio materie a forma substantiali et motio in aliam formā substantialem gⁿatio h⁹ quid est que



Folium xxxiij

bet alia mutatio et alteratio.

Cum ergo omnis expoliatio
Hic inferret quedam Correlaria quorum Primum est qd ad omnem generationem requiritur contra-
rietas primarum qualitatum. Cuius ratio est quia expoliatio dicitur quandam remotionem et priua-
tionem forme. talis autem expoliatio non fit a materia. Nam materia appetit formam. sed unum
quodque appetit se ipsum conseruare. Nec etiam talis expoliatio potest fieri a simili quia simile
non agit se ipsum corrumpendo. ideo fit a contrarijs

Secundum Correlarium

Est qd elementa que habent convenientiam in aliqua qualitate facilius ad inuicem transmutantur
quam illa que in nulla qualitate conueniunt ut aqua et terra conueniunt in frigiditate. facilius ergo
aqua conuertitur in terram et e contra quam terra in aerem quia terra et aer in nullo conueniunt. Cuius
ratio est quia unum elementum transmutatur in aliud per victoriam nature et dispositionis alterius.
Unde quando aqua transmutatur in terram tunc vincitur eius natura propria. Sed facilius est
hoc vincere quod aliquo modo est assimilatum. vincitur quam illud quod est sibi contrarium quod ad
omnia. Secunda ratio quia transmutatio unius elementi in aliud est motus proprie dictus. sed qui
libet motus fit per media. et de quanto media pauciora sunt de tanto motus breuior est et facilior.
Sed inter mutationem unius elementi in aliud dispositio qualificatiue sunt media et de quanto sunt
pauciora talia media de tanto est facilior transitus. Notum autem est qd talia media sunt paucio-
ra in illis que in aliquo conueniunt quam in illis que in nullo conueniunt.

Tertium Correlarium

Generatio unius est corruptio alterius quod non est intelligendum substantialiter ita scilicet qd
generatio unius substantialiter esset corruptio alterius quia generatio fit per introductionem for-
me substantialis in materiam. sed due forme substantiales non possunt se naturaliter comparari in
eadem materia ideo de necessitate ad introductionem unius sequitureductio alterius et talis educ-
tio est corruptio et tunc ad generationem unius sequitur corruptio alterius.

Queritur An talis introductio forme sequentis eteductio precedentis fiat in eodem
instanti vel in diuersis. Si in eodem instanti tunc due forme substantiales sta-
bunt in eadem materia quod implicat. immo unum esset duo entia specificè distincta. Nec potest
fieri in diuersis instantibus quia inter quecumque distantia cadit medium. ut philosophorum ergo in
instanti medio materia stabit nuda. Ad hoc dubium respondendo qd de hoc diuerse sunt opinio-
nes philosophorum.

Opinio Prima

Est qdeductio forme precedentis et introductio sequentis fit in eodem instanti diuisibili. Sed tamen
qd taliseductio et introductio fiat pro diuersis partibus illius instantis. ut in prima parte illius
instantis fiteductio prioris sed in alia parte fit introductio alterius. Sed hoc dicere non valet qd
interquecumque partes diuisibiles dari possunt ad huc alie partes medie. ex quo instans habet ra-
tionem temporis et sic ad huc materia staret nuda inter tempus medium. sic ergo erit eadem dif-
ficultas sicut in diuersis instantibus.

Opinio Secunda

Est qd in eodem instanti fiteductio et introductio. Sed tamen incomplete ut quando scda forma
introducitur tunc introducitur de parte post partem et etiam prima educitur de parte post par-
tem. Et hec opinio est quorundam modernorum qui ponunt experientiam dicentes qd inter mo-
riendum primo pedes moriuntur et post hoc tunc consequenter aliud. Et inde dicunt qd non est
inconueniens duas formas substantiales incomplete esse in eodem. Ratio quia due qualitates co-
trarie possunt esse incomplete ut patet in aqua tepida. Et tunc consequenter dicunt qd non sequi-
tur qd sint diuersarum specierum quia ibi non sunt diuerse forme que arguunt speciem. Sed licet
iste modus sit verbis coloratus non tamen videtur esse consonus veritati. Primum quia forma sub-
stantialis consistit in indiuisibili. sed implicat indiuisibili habere partes ergo non videtur fore co-
sonum qd forma substantialis de parte post partem possit educi et introduci. Tres partes integra-
les adueniunt rei per quantitatem. quantitas autem est accidens post naturam substantie sequi-
tur ergo qd forma precedit naturam quantitatis igitur forma non habet quantitatem ergo repung-
nat qd introducatur de parte post partem. Nec etiam eorum experientia probat aliquid. nam li-
cet sit vera tamen tale corpus non est unum corpus physicum sed plura corpora physica quia in uni-
tate corporis physici debet esse una forma. sed ibi non est una forma ergo non est unum corpus
physicum sed bene mathematicum.

Tractatus Secundus

Opinio tertia

Est q̄ in diversis instantibus fit introductio eteductio forme. immo dicitur q̄ inter illa duo in
stantia nō manet aliqd̄ instās divisibile sed instans indivisibile qd̄ est instans continuans. Et tale
non est divisibile quia tale instans non habet rationem temporis sic q̄ esset divisibile sicut temp̄
sed est pars formalis temporis. Et sic hec opinio ponit duplicia instantia. Primo instantia indivisi-
bilia et illa dicuntur continuantia. Alia sunt instantia continuata et sunt partes temporis contun-
gite recte sicut partes linee continuantur ad vnum punctum. Et tunc quando dicitur q̄ in gene-
ratione et corruptione fiteductio vni⁹ et introductio alterius. tunc quero an fiat in eodem instan-
ti vel in diversis. Dicendū q̄ in diversis. et ulterius an talia sint sibi invicem proxima vel non.
Non primum quia hoc est contra philosophū. vi. physicorū. Si s̄m tunc inter illa caderet temp̄
medium et sic materia staret in tali tempore nuda. Ibi dicitur q̄ in tali tpe medio mā non stabit
nuda quia tale instans non habet rationem divisibilis sed indivisibilis quia non est tempus. Nec
valet et inde q̄ materia staret nuda in tali instanti indivisibili quia hoc implicaret contradicōez
Nam si staret materia nuda tunc ibi statim esset aliqua mora. Sed quia talis ibi non est ergo. Di-
cendum ergo ad questionem q̄ fit in eodem instanti sed diversimode q̄ primum esse forme genera-
de est primum instans non esse forme corruppende q̄ in eodem instanti verū est dicere q̄ forma
generanda est in materia et in eodem instanti verum est dicere q̄ forma corrupenda non est in
eadem materia. sed sunt. Est ergo singulariter notandum q̄ corruptio solus naturaliter precedit
generationem et non temporaliter.

Cum ergo omnis expositio materie a forma substantiali fit a contrario oportet
generationem et corruptionem fieri mediātibz contrarietatibus qualitātū
primarum. Unde patet q̄ elementa que in qualitate aliqua conveniunt facilius
ad invicem transmutantur q̄ ista que in nullo conveniunt. Unde quecumq̄ ha-
bent similitudinem vel est eorum transmutatio. Et nota q̄ generatio vnius est
corruptio alterius.

Alteratio est mutatio

Unde alteratio potest dupliciter sumi. Vno modo communiter pro quacumq̄ mutacione qualita-
tis. et sic s̄m omnes speciei qualitates fit alteratio. Et hoc mō alteratio dividitur in spūale et
phīsicā. Alteratio spūalis fit s̄m q̄itates prime speciei vt s̄m scias et virtutes quo mō nō capi-
bit. Alia mō capitur proprie pro alteracione phīsicā et sic ad eam requiruntur due conditiones.
Prima q̄ qualitas s̄m quā fit alteratio habeat contrariū proprie loquendo. naz alteratio est mo-
tus proprie dictus talis autē motus fit de contrario in p̄tū. Secūda q̄ talis qualitas sit intensibi-
lis et remissibilis. Nam alteratio est mutatio per se successiva ergo oportet q̄ fiat s̄m formā per
se divisibilem in qua est reperibilis s̄m latitudine illi⁹ nature et sic potest fieri successio a priori
in posterius. Et quibus duabus conditionibus p̄ q̄ solū qualitates de tertia specie alterantur
vt sunt qualitates sensibiles. nam solū illis ille due conditiones conveniunt. Unde qualitates pri-
me speciei non habent contrarium sed bene sunt privative opposita ideo eis deficit prima condi-
tio. Qualitates autē de quarta sp̄e non suscipiunt intensiōē et remissiōē q̄ figure accipiunt spe-
ciem a speciebus numerorū. numerus autē accipit speciem ab indivisibili unitate. Et ideo figure
non habent latitudinem ratione cuius possunt accipere intensiōē et remissiōē ergo s̄m eas nō
fit alteratio. Neq̄ s̄m qualitates scdē sp̄e q̄ tales sunt naturales proprietates suorū subiecto-
rum ergo tales generantur et corrupuntur s̄m eorū subiecta. Ideo tales nō accipiunt intensiōē et
remissiōē ex. vii. phico. vbi d̄ q̄ in nulla qualitate fit alteratio nisi in qualitate tertia speciei.

Primo ex parte finis quia finis alterationis est forma accidentalis. sed terminus et
finis ad generationem est forma substantialis.

Secūdo ex parte subiecti q̄ alteratio fit in subiecto quod est ens in actu. generatio autē
in subiecto qd̄ est ens in potentia. Vñ primo de generatione generatio simplex est
transmutatio s̄m totū in hoc totū ex hoc vt hec aqua in hūc aerē. Preterea genera-
tio est productio vnius forme et corruptio alterius. Ex hoc patet falsitas illi⁹ opi-
onis que ponit q̄ actia materialia sunt inherente in mā. s̄ denominatiue in p̄posit-
to q̄ hic d̄ q̄ alteratio solū ē in subiecto qd̄ est ens in actu. similiter d̄. v. phico.

Differunt
generatio et
alteratio

Folium xxxv

Tertio dicitur pars terminus ad quem. nam generatio est ad esse simpliciter. species enim ex aliquo fit aliquid. Sed alteratio siue accidentalis transmutatio terminatur ad esse accidentale et secundum quod

Alteratio est mutatio de qualitate contraria in qualitatem contrariam vel mediam. Differt tamen alteratio a generatione quoniam alteratio est mutatio de qualitate accidentali in qualitatem accidentalem. Sed generatio est mutatio de forma substantiali in formam substantialem. Item in alteratione manet idem subiectum sensibile. in generatione vero non. Sensibile dico propter materiam primam que

quamuis manet non tamen est sensibilis. **Augmentatio est motus**
Unde augmentatio sumitur dupliciter. Uno modo pro quacunque augmentatione siue habet virtutem siue non. Et sic numerus augmentatur per appositionem. Alio modo capitur proprie quo modo sic describitur. Est conuersio nutrimenti quod est in potentia animatum in corpus actu animatum facta ab anima vegetatiua mediante calore naturali ad restaurandum plus quam fuit deperditum ut ipsum viuum suam debitam attingat quantitatem. Ex hoc patet quod nutritio et augmentatio habent eandem causam materialem. et etiam eandem causam formalem quod calorem naturalem. Sed solum differunt in causis finalibus quia finis nutritio est restauratio plus quam fuit deperditum. Et sic nutritio ordinatur ad hoc ut ipsum viuum persistat et non corrumpatur. Sed augmentatio ordinatur in hoc ut non solum persistat sed etiam ut crescat et suam debitam quantitatem attingat que solum fit per augmentationem. Unde patet quod augmentatio proprie dicta presupponit plures motus. Nam primo presupponit motum localem quia oportet nutrimentum localiter moueri ad locum ut sit in omnibus digestionibus. Secundo presupponit motum alterationis quia oportet ipsum nutrimentum in corpore alterari. Tertio presupponit corruptionem. nam oportet nutrimentum corrupti et conuerti in substantiam et naturam rei alite. Quarto presupponit generationem. nam ex corruptione nutrimenti oportet generari aliam nouam substantiam. Quinto augmentatio presupponit motum subtilem qui est vicinus sanguini. oportet quod omnes partes mutantur et augmententur eo nutrimento et pars que trahitur per ista ad similia membra animalis. Et hoc est quod dicit littera quod quelibet pars aucti sit aucta ut videbitur in questione.

Motandum tamen quod non eque immediate et simul omnes partes nutriuntur et augmentantur ex nutrimento. sed per prius partes que sunt viciniores epati ubi fit vicina digestio. Et ideo videmus quod animalia citius pinguescunt in ventribus et in alijs locis prope stantibus quam in alijs remore. nam talis ratio nutrimenti fit per calorem naturalem in diuersis partibus animalis ideo tunc tale nutrimentum fortius attrahitur ubi calor est magis fortis. Et ideo est quod in viris pars superior magis ingrossatur. sed in mulieribus pars inferior. quia viri sunt cholericis et calidi ergo nutrimentum in eis eleuatur sursum. Sed mulieres sunt communiter phlegmatice nature secundum Aristotem. Phlegma autem nature frigide et grosse est. Et sic natura in eis plus fert nutrimentum ad partem inferiorem quam superiorem.

Queritur utrum quelibet pars aucti sit aucta. Pro decisione questione. Morandum aduentum alicuius extrinseci per poros et spiritus vitales ita quod in poris sunt spiritus vitales qui adueniente corpore augmentante expelluntur et coaduesant. et tunc caro generat ex materia nutritibili adueniente. materia preexistens extendit. Quod autem poris sunt necesse in animalibus per quod videmus quod sudor in balneo exit a corpore et non exit nisi per poros quod alias fieret diuisio partium corporis. Et ista augmentatio proprie dicta solum puenit animalibus secundum diuisionem prehabitam. Alia est impropria et illa est duplex. Queda est per alterationem et illa conuenit elementis. Nam aqua crescit in dimensionibus per calefactionem. Et ista augmentatio proprio nomine dicitur rarefactio. Alia est accumulatio sicut aggregatio lapidum. et de illis duabus nihil ad presens sed solum de prima. scilicet proprie dicta.

De conditionibus proprie dicte augmentationis

Unde philosophus primo de generatione potest sex conditiones proprie dicte augmentationis. Quarum prima est ista quod illud quod auget maneat idem numero sub utraque quantitate. Et ratio illi habetur loco allegato et primo philosophorum. quod oportet subiectum cuiuscumque transmutationis accidentalis esse ens in

Tractatus Secundus

acti et manere idem sub utroque termino eius. sed augmentatio est quedam transmutatio accidē-
talis ergo. Secunda conditio est quod augeatur secundum quolibet partem sui. hec conditio specialiter ap-
paret inspicendo partes eterogenas animalis sicut manus pedes et huiusmodi que postquam aucte
sunt habent se in eadem proportione in qua habuerunt se ante augmentationem. Tertia quod augeatur
aliquo corporeo adueniente scilicet nutrimento. hoc patet de se quia animal carens nutrimento non
auctetur. Quarta quod non sit vacuū in corpore augmentando. hec patet ex quarto philosophorum. Est
enim spiritus in corpore augmentando qui condensatur. Quinto quod duo corpora non sint in eo-
dem loco. id est quod ille due dimensiones preexistens scilicet et adueniens non penetrant se. sicut etiam col-
ligitur ex quarto philosophorum. Sexta quod adueniens non sit in corporeū. quā probat Aristoteles primo
de generatione sic. Eadem est materia generationis naturalis et ipsius augmentationis quia in omni aug-
mentatione oportet esse generationem et ipsam precedere ita quod forma aucti fiat et generetur in ma-
teria adueniente prius quam fiat augmentatio. Sed materia generatio naturalis non est sine cor-
poritate ut notum est. quare etiam erit sic de materia augmentationis et per consequens ipsum
adueniens impossibile est esse incorporeum.

Quedam essentielles sicut materia et forma. et de illis non querit questio.

Partes aucti
sunt duplices

Alie sunt partes quantita-
tiue et integrales sicut car-
ro ossa nerui &c. et hu-
iusmodi sunt duplices.
Scilicet

Quedam notabilis quantitas potēs subsistere
Et vocantur partes aliquore siue aliquante
Alie sunt partes inextētes non potentes seorsum
subsistere. Et ille vocantur non aliquante siue non
aliquore Et ille sunt infinite in parte potente se-
orsum subsistere quia sic quodlibet corpus natu-
rale est diuisibile in infinitum quo ad istas partes
inextētes. Primas autem partes aliqui vocant
partes secundum formam. quia formam totū hūc rōe cuius
operationē possunt exercere. Et in ut digitus ma-
nus et huiusmodi. Sed alie partes dicuntur secundum
materiā. ut ille que non sunt figuratim distincte
et que non habeat operationem ex se ut sunt mi-
nime partes carnis in quibus forma carnis secundum se
saluari non posset et per consequens nec operatio.
Dicuntur autem partes secundum materiam per priuati-
onem forme quam continere non possunt.

Illis singulis premissis est hec conclusio responsalis. Quelibet pars aucti secundum formam est aucta
et non secundum materiam. Patet conclusio pro prima parte primo de generatione. Et hac ratione. Il-
le partes augmentantur ratione quarum totū dicitur perfectum. Sed partes secundum formam sunt huius-
modi. Nota nota quia totū dicitur augeri ratione perfectionis in ipso. Nota patet quia forma
est principalior pars ipsius et compositi. Secunda pars conclusionis probatur sic. Auctū est augmē-
tatum ratione illarum partium que hūc principium conuertendi alimentū in substantiā aucti. Sed he sunt
partes solū secundum formam et non materiā. cū conuersio sit quedam actio que solius est forme igitur.

Augmentatio est motus de minori quantitate ad maiorem. Sed diminutio
est de maiori quantitate ad minorem. Et nota quod augmentatio proprie dicta tūc
est in rebus animatis. Item ad augmentationem proprie dictam requiritur quod queli-
bet pars aucti integralis sit aucta. Item nota quod augmentatū et augmentans ne-
cesse est esse similia et diuersa. Similia quidem in materia. diuersa vero siue cō-
traria in formis. quoniam agentia et patientia necesse est esse similia et diuersa.

¶ De actionem et passionem.

Unde intentio litteralis est quod ad actionem et passionem requiritur contactus agentis et patientis inter se.
Vbi nota quod aliqua dicuntur se tangere dupliciter. Uno modo communiter et sic illa tangunt
se quorum unum recipit aliquam virtutem qualitatem influentiam vel dispositionem ab alio.

Folium xxxvi

Sic ignis tangit nos quando calefacit nos quia nos recipimus quandam virtutem scilicet caliditatem ab igne. Et sic etiam celum tangit ista inferiora quando agit in ea. Nam ista inferiora recipiunt lumen atque influentiam a celo. et iste vocatur contactus spiritualis. Sic improprie partes in continuo dicuntur se tangere in puncto continuante ut dicitur littera quia tales partes sunt immediate. modo illa que debent se tangere debent se sic habere quod habeant immediatam compositionem. Ex quo sequitur quod de intentione littere sit quod punctus continuans in linea sit indivisibilis. Ratio quia si esset divisibilis tunc haberet partes et medium et extrema. et per consequens ea que continerentur per talem punctum non essent immediata nec tangerent se ex quo medietas quantitas que habet medium ad extrema. Alio modo aliqua dicuntur se tangere proprie loquendo ad quem contactum proprie dictum requiruntur quatuor conditiones. Prima est quod illa que debent se tangere debent esse indivisibilia. Et sic indivisibile nec tangit nec tangitur quia tactus proprie denominat applicationem aliquarum rerum ad invicem. sed indivisibilia non sunt huiusmodi ergo sequitur quod contactus solum reperitur in corporibus. Secunda conditio est quod illa que debent se tangere debent applicari ad invicem ita quod superficies unius applicetur ad superficiem alterius realiter. Et sic excluditur contactus spiritualis siue virtualis prout celum tangit ista inferiora. Tertia conditio est quod illa que debent se tangere debent communicari in materia cum istis inferioribus. ad actionem igitur et passionem non sufficit tactus improprie dictus sicut spiritualis ergo ista inferiora proprie non tanguntur a celo quia in hoc quod celum tangit ista inferiora que tamen e converso celum non tangunt. Quarta quod illa que debent se tangere debent esse separata ab invicem ita quod unum non sit ens in continuo. ex quo non quilibet pars in continuo est ens in actu. sed unum in continuo.

Ad actionem et passionem requiritur contactus. Ideo nota quod contactus dicitur multis modis. Uno modo in contiguis quorum ultima sunt simul sicut superficies tangit superficiem et sic quicquid tangit tangitur. Alio modo dicitur contactus per similitudinem sicut quod dicimus res trifida tangit nos et sicut hoc non quicquid tangit tangitur. Tertio dicitur contactus in continuis et sic partes linee tangunt se in puncto continuante. Et contactus primo dictus necessarius est ad actionem et passionem.

Mixtio est duplex.

Unde mixtio capitur dupliciter. Uno modo valde communiter ut est coniunctio vel combinatio aliquarum rerum ad invicem non curando an tales res in sua mixtione corrumpantur vel maneat in sua propria dispositione et natura. Et sic ordei dicitur misceri cum tritico. et hec est rustica mixtio. Alio modo sumitur proprie et sic in re non est aliud quam unum aliquarum rerum ad invicem que in tali unione alterantur et corrumpuntur sic quod nullum eorum manet in sua propria natura sed ex eis fit tertium alicuius certe speciei. Et illo modo elementa dicuntur misceri et ex eis sunt corpora inferiora mixta ut mineralia. Et illa describitur sic. Mixtio est miscibilium alteratorum unum. Que definitio sic intelligitur. Mixtio proprie dicta est unio miscibilium alteratorum ponum alteratorum sic quod nullum maneat in propria forma. id est natura sed ex eis fit aliquod tertium certe speciei. Ad quam mixtionem sicut colligitur ex definitione.

Tria requiruntur

Primo quod corpora miscibilia debent esse contraria inter se. Ratio quia debet se mutuo alterare. talis autem alteratio fit per actionem et passionem ad invicem. et hec actio et passio non est nisi inter contraria. Ex hoc sequitur quod elementa proprie sunt miscibilia et non mixta quia mixta non contrariantur ad invicem eo quod in eis qualitates prime ratione quarum est contrarietas proprie dicta sunt redacte ad temperamentum. Sed contraria debent esse maxime distantia. v. metaphice. quod non convenit medijs. Secundo quod miscibilia debent inter se alterari et corrumpi sic quod neutrum manet in sua propria natura. Et per hoc excluditur mixtio improprie dicta. Tertio quod ex mixtis sic ad invicem fiat aliquod unum tertium quod est alicuius determinate speciei sub certo genere entis ut homo vel asinus aut consimile tale. Et per hoc excluduntur confusio ut patet.

Tractatus Secundus

Mixtio est duplex quedam est ad sensum siue improprie dicta sicut qñ ordeo funditur ad frumentū Alia est mixtio secundū veritatem et diffinitur sic. Mixtio est miscibilium alteratorum unio Et nota quod omnia que sunt miscibilia oportet esse agentia et patientia. agentia in eo q̄ t̄ inidunt. patientia in eo q̄ diuiduntur Unde patet q̄ ea que non habent contrarietatem inter se non sunt miscibilia ad inuicem

¶ Item differentia est.

Unde compositio tunc fit quando aliqua coniunguntur ad inuicem sic q̄ virtutes manet in sua propria natura ita q̄ illa nō corrumpunt se neq̄ alterant se sicut quando triticum cū siligine cōponitur. Sed confusio proprie fit quando ununtur aliqua corpora sic q̄ corrumpuntur et alterantur et neutrum manet in sua natura sed tamen ex eis non constituitur unū tertium qd̄ esset aliq̄ cuius certe speciei et denominationis. sed unum cōfusum et monstruosum vt in mixtione aque cū vino Et hoc debet intelligi quando fit confusio illorum que sic se habent q̄ unū potest aliud alterare tunc ibi non fit confusio. et sic fit in sacramento altaris vbi nulla est confusio Sed mixtio proprie loquendo fit quando ununtur aliqua corpora ad inuicem et alterant sic q̄ ex eis fit unū tertium certe speciei. et sic solum elementa sunt miscibilia ad inuicem que dicuntur mixta illo modo Et sic tunc dicit philosophus q̄ elementa sunt magis simplicia q̄ sunt mixta Ratio quia in mixto reperiuntur omnes qualitates prime materia et forma. et etiam qualitates secunde Sed in elementis solum reperiuntur qualitates prime cum materia et forma sic q̄ quodlibet elementū determinat sibi solum duas qualitates unam in summo et aliam in remisso.

Notandum q̄ duplicia sunt mixta. Quedam sunt imperfecta et illorum sunt duo genera scz vapor et exalatio Vapor est quedam euaporatio frigida et humida. Sed exalatio est euaporatio calida et sicca Et de his determinat in primo meteororum ex quibus generantur omnes impressiones. Unde vapor est materia omnium impressionū humidarum vt grandinis niuis pluuie Sed exalatio est materia omnium impressionū siccarum vt fulminis tonitru Et de his cum materia ipsarum determinatur in quatuor libris meteororum. Et illa dicuntur mixta imperfecta quia non continent omnes qualitates elementares sed solum aliquas vt vapor humiditatem et frigiditatem. exalatio siccitatem et caliditatem Sed mixta perfecta sunt que continent in se virtutes omnium elementorum. Et de his dicit philosophus. ij. de generatione Omne mixtum residens circa mediū est compositum ex quatuor elementis Et ibi per mixta que resident circa mediū intelligit inferiora Et talia mixta ad hoc sunt duplicia Que dam sunt inanimata vt mineralia et illa non habent motum nisi localem. vnde quando sunt extra sua loca tunc mouentur ad ea localiter. Sed quando sunt in ipsis tunc non mouentur nisi violenter. Alia sunt animata quorum quedā sunt animata anima vegetatiua vt sunt omnia vegetabilia de quibus philosophus in de vegetabilibus et plantis Et talia sunt perfectiora primis quia vltra motum localem habent motum augmentationis et diminutionis Alia vero sunt animata anima sensitua de quibus philosophus in de animalibus Sed vltima specie mixtorum comprehenduntur species humana que ad hoc aliquid superaddit scilicet animam intellectuam de qua in sequenti tercio tractatu. Et tantum de secundo.

Item differentia est inter compositionem confusionem et mixtionem Compositio est quando vtrumq̄ compositorum manet in virtute sua propria vt cōpositio frumenti cum ordeo Confusio est quando proportionantur virtutes partium sed tamen non trahuntur ad certam speciem Mixtio est quando proportionantur virtutes partium et trahuntur ad certam speciem.

¶ Anima est actus primus.

Folium xxxvii

Tractatus Tertius

Unde Aristo. in principio scđi de anima ante pñtem diffinitionem plures ponit diuisiones ex quibus elicit particulas in hac anime diffinitione ponendas. Nā hec est cōsuetudo Aristo. q̄ vt cōsuetudo dicitur inuestigat p̄ diuisiones. Nā diuisio est ap̄tissim⁹ mod⁹ inuestigandi dīoēz. ij. posteriorū.

Prima diuisio

Quam ponit Aristo. est hec Entium aliud substantia aliud accidens. Et illam diuisionem ideo ponit quia excludit accidens de diffinitione anime sic q̄ anima non est accidens sed substantia. nā anima est pars compositi substantialis. Et debet illa diuisio intelligi de ente creato. ad excludendum deum qui non clauditur sub aliquo genere entis.

Secunda diuisio

De numero substantiarum alia materia alia forma alia compositum. Et accipit p̄tēs in eadez diuisione substantiam communiter vt indr̄ter capitur pro re existente et pro partibus illius rei. Proprie em̄ neqz materia neqz forma dicuntur substantie quia substantia dicit aliquod perfectū et completū in natura. Unde genus substantie diuiditur in species que species omnes sunt illud propter quod natura finaliter agit. Nam omnis operatio nature finaliter est pro conseruatione speciei. per nutritionem em̄ conseruatur indiuidū. et per generationem immediate species. Sic ergo omnis actio nature est ad conseruationem speciei. Sed quia natura non intendit aliquod imperfectum immo tendit ad perfectum tanq̄ ad finem ideo partes substantiarum que sunt materia et forma. Et non possunt habere rationem speciei ex quo non habent rationē entis cōpleti et perfecti in natura et per cōsequēs nō dicuntur substantie sed substantiarum partes. Et sic significat Aristo. q̄ anima non est substantia que est materia sed que est forma. Sed quia forma est act⁹ substantie ideo concludit Aristo. q̄ anima est actus.

Tertia diuisio

Entium aliud in potētia aliud in actu. Potentia dicit corpus forma dicit actū. Corpus autē diuiditur in phisicum mathematicum et artificialem. Unde corpus phisicum est quod est cōpositū ex principijs motus et quietis vt ex materia et forma substantiali. Sed corpus mathematicū est omne illud corpus quod habet quandam extensionē. Et sic corpus phisicū dicitur vnum ab unitate forme substantialis. Corp⁹ vero mathematicū dicitur vnum a continuitate partium ad inuicem. Corpus vero artificiale est cuius forma non est a natura sed ab arte introducta. Unde corpora phisica sunt magis substantie q̄ corpora artificialia quia corpora phisica tam quo ad materiam q̄ quo ad formam sunt substantie. Sed artificialia q̄tum ad formam sunt accētia. et sic q̄tū ad essentialia dicuntur. nam forma essentialis est a qua res capit spēm et denominationes sicut est de rationalibus corporibus vt domus. Corp⁹ autē phisicum h̄m p̄m diuiditur. Nam aliquod est homogeniū quod habet partes simplices eiusdem nature cum toto. Aliud est phisicū organicū quod habet diuersas partes diuersimode complexionatas dispositas ad diuersa officia vt arbor habet radicem truncum et folia. Concludit ergo Aristo. q̄ anima est actus corporis non cuiuslibet sed phisici. et hoc organicū dicitur. Ratio quia vna queqz forma requirit sibi determinatā et proportionatā materiā. Est namqz materia propter formā primo phisicū. Et quia anima multas habet operationes in corpore humano vel consimili. igitur propter eas exercendas requirit corpus organicū. Alterius diuidit Aristo. corp⁹ organicū in corpus habens vitam et non habens vitam. Et illud dicitur habere vitam qđ habet in se formam actu que est principium operationis vitalis. Et hec dicitur operatio vitalis qua discernitur inter viuens et non viuens sicut digere re nutrire et sic de alijs. Et per oppositū. Corpus non habens vitam est quod in se habet formas que non est principium operationis vitalis vt est corpus lapidis. Dicit ergo Aristo. q̄ anima est actus corporis vitam habentis. quia corpus animatum per vitam potest in operationes vitales. Sed quia dicit Aristo. q̄ anima est actus corporis vitam habentis in potentia.

Notandū est q̄ potentia prout sufficit hic potest dupliciter capi. Vno mō per abiectionem actus sicut materia que non habet formam sed potest habere formam dicitur potentia. Et sic illud corpus dicitur habere vitam in potētia quod actu nō viuūt sed potest viuere sicut semen in marrice et ouum galline dicitur habere vitam in potentia et hoc modo non capitur hic. Alio mō potest capitur pro qđā pro p̄mitate ad operationem vel actum. Et illud corpus dicitur habere vitam in potentia qđ habet in se vitam et principium vitale per qđ potest in operationē vitalem. Et sic tūc debet exponi eo mō illa particula. vitam habentis in potentia id est habentis in se principium vitale per quod est in potentia ad operationem vitalem. Hanc diuisionem ceteri expr̄munt sub his verbis.

Tractatus Tertius

Potentia est duplex
Materialis siue essentialis et est potentia ad formam et actum primum. Et dicitur a philo posita abijiciens actum eo quod non stat cum actu eo quod non stat cum actu primo vel secundo. Et secundum talem potentiam anima est actus corporis vitam habentis in potentia. quia corpus habens vitam potentia hoc modo est in potentia ad animam. et ideo eius actus non est anima. hoc modo ideo dicitur potentia sciens. nam neque habet actum primum scilicet scientiam neque secundum scilicet considerare.
Alia est potentia formalis siue accidentalis et est potentia ad actum secundum. et hec stat cum actu primo habens enim actum animam est simul in potentia ad sentire. et ideo vocatur a philosopho potentia non abijiciens actum.

De intellectu definitionis

Ex omnibus supradictis concluditur intellectus definitionis anime. Anima substantialis proprie dicitur est actus primus substantialis corporis phisici. i. naturalis vitam habentis in potentia. i. quod habet in se principium vitale per quod est in potestate ad operationem anime exercendam. Dicitur primo actus ad differentiam materie et compositi. Dicitur secundo primo ad differentiam actus secundi qui est operatio consequens formam. Quia autem probatum est animam esse actum et substantiam sequitur ipsam esse actum substantialem. quod probat philosophus duabus rationibus. Prima illud est forma substantialis a quo sumitur esse et ratio rei. Sed anima est huiusmodi. Maior est nota. Sed minor probatur quia sicut se habet forma dolabre ad dolabram ita anima ad corpus organicum quia utrobi quod est comparatio forme ad materiam. Sed si dolabra esset corpus phisicum tunc utriusque forma esset substantialis eo quod habet ab ipsa esse et ratione dolabre. ergo et anima est forma substantialis corporis organici. Secunda ratio sicut se habet pars ad partem ita totum ad totum. Sed si oculus qui est pars corporis esset animal. visio que est pars potestativa anime esset eius anima et forma substantialis oculi. ergo et tota anima est forma substantialis totius corporis organici. Maior est nota. Sed minor probatur quia sicut ablata visione ab oculo non manet oculus nisi equivoce ita ablata anima corpus organicum non manet animal nisi equivoce. Dicitur autem corpus phisici ad differentiam corporis artificialis. Et dicitur organici. Est enim corpus organicum corpus habens partes figura et loco distinctas ad exercendum diversas operationes vitales a natura deputatas. Sed Organus est instrumentum quo mediante aliquid potest in operationem. Quod autem huiusmodi corporis organici anima sit actus probat phisus per locum a minori. Si enim anima non esset actus corporis organici maxime hoc videretur esse in plantis. Eo quod tales maxime videntur esse similia partium. Sed plantae sunt corpora organica. habent enim diversas partes ad diversa officia vite deputatas. Est enim radix organi similis quia utraque trahunt alimentum. folia autem ad cooperendos fructus. et cetera. ergo et anima est actus corporis organici in plantis et per consequens in alijs. Preterea anima in ter formas phisicas est plurimum operationum quas non expedit nisi mediante corpore. sequitur quod secundum pluralitatem operationum anime sunt distincta organa in materia ad illas operationes explendas deputata. Quanta igitur anima perfectior est et plurimum operationum tanto requirit corpus organica magis diversum. Et per hoc quod est actus corporis organici differt anima a formis phisicis homogeneorum corporum ut sunt forme elementares. Dicitur vitam habentis in potentia que particula superius est resoluta.

Beatus Thomas

Parte prima. q. lxxvi. ar. iij. in solu. primi. Anima non dicitur tamen actus corporis sed etiam organici phisici vitam habentis potentia et quod talis potentia non abijcit animam. Unde manifestus est quod in eo cuius anima dicitur actus etiam anima includitur, eo modo loquendi quo calor est actus calidi et lux lucidi. Non quod seorsum sit lucidum sine luce sed quia est lucidum per lucem. Et similiter est de anima quod est actus corporis organici. et cetera. quia per animam est corpus et organicum et vitam habens potentia. Esse igitur animam actum corporis non excludit ipsam esse actum materie. Est igitur actus corporis sicut alicuius phisici in tali esse et in quo includitur. Sed est actus materie sicut alicuius pre-suppositi et in quo non includitur sed a quo distinguitur sicut actus a pura potentia.

Anima est actus primus corporis organici phisici vitam habentis in potentia

Item impossibile est

Intentio littere est quod quilibet substantia habeat proprium et naturale opus ut dicit Aristoteles. primo de celi quod omne ens est gratia operis. Et quarto metaph. dicitur quod omne ens habet aliquam propriam operationem sue speciei in qua si potest tunc meretur habere nomen sue speciei alias non. Et ideo homo de pictus non est homo quia non potest in propriam hominis operationem ergo non est homo nisi equivoce sicut autem oculus depictus seu lapideus. ij. de anima. Immo philosophus dicit. Commentator super octavam phisicorum

q̄ homo ignarus nō est homo quia propria operatio hominis vt sic est intelligere & cognoscere finem suum qui finis est felicitas. nō illa operatione nō habet ignar⁹ quia talis ignorat finem in un in que ordinatur. ideo solū est homo equivoce quare sancti doctores homines ignaros besti as appellant. Preterea quarto metheozorum quia omne inuentū inuenitur propter suam operationem. et ratio pedis hominis mortui non dicitur plus de pede suo q̄ de pede dolato ex lapide Preterea Commentator. ij. de anima p̄men. ix. Individuum non est individuū nisi per formam quia s̄m eum est ens in actu et nō per materiam Insuper est auctoritas Damasceni in textu q̄ nulla substantia est experte sua naturali operatione. Ratio quia operatio rei est naturalis virtus siue effectus forme substantialis. in yta illud Commen. Operatio arguit formam sicut transmutatio materiam Sed forma est inseparabilis ab eo cui⁹ est forma remanente in esse specifico. ergo operatio sequitur semper rem aut s̄m actum aut aptitudinem et per consequens nulla substantia perfecte destituit sua naturali operatione quia operatio est effectus conuertibilis forme substantialis seu essentialis. Dixi substantia perfecta quia.

Queda est pure passiva que vocatur materia prima. et illa nullam habet operationem naturalem quia nec est quid nec quale. vij. metaph. ideo neq; de illa intelligitur littera.

Duplex est substantia

Alia est substantia activa. et illa vel s̄m se vel s̄m suam speciem hz quamlibet operatione naturali sua q; nō est dabilis aliqua species que in toto. i. s̄m oia eius individua esset spoliata aliqua eius operatione naturali factu vel aptitudine. quod dico quia nō requiritur q̄ quelibet substantia actu habeat aliquam operatione naturale. sed sufficit q̄ habeat ipsam aptitudinem. i. sicut apta natura operari

Notandū q̄ vnumquodq; aliud a p̄mo ente hoc infir te distat s̄m le et q̄nto plus accedit ad p̄mum esse de tanto perfectius est Unde quedam sunt entia que nō solum accedunt ad p̄mum ens per quoddam vestigium sicut facit irrationale esse Sed etiam accedunt ad p̄mū ens per apphensionem ita q̄ consequuntur p̄mū tanq; finem suum. et hec apphensio summa beatitudo nominatur & in re est ipsum summum bonū Et ideo Doctor sanctus ponit beatitudinem formaliter in actu intellectus. q; per intellectū rationalis creatura apphendit summū bonum et suū creatorē Sed q; vnumquodq; ex suo fine perficitur et ex remotione finis imperficitur Ideoq; oportet omne ens habere aliquam operationem naturalem per quā tendit ad suū finem inquantū potest. aut per apphensionem vt rationalis creatura. aut per quoddā vestigium sicut in brutis Unde si esset aliquid ens suatum suo fine ipm non esset quia ipsum non habet rationem aut operationem aliquā Sed deus et natura nihil faciunt frustra p̄mo celi et tertio de anima Et ideo oportet omne ens habere aliquam operatione naturalem quod vult textus.

Nota q̄ impossibile est substantiam esse expertem operatione naturali

Inter substantiam autem

Unde intentio littere est q̄ essentia et operatio anime distat tanq; extrema a potentia Potentia autē mediat inter essentiam et operationem anime tanq; id a quo immediate procedunt operationes Ideo quodlibet ens mundi habet potentiam per quā ipsum aliquid operatur. quod probatur auctoritate Dionisij Vbi Nota q̄ scdm beatū Dionisium in qualibet substantia creata sunt tria scz substantia. posse. et operatio Unde ipsum posse vel potentia est medium inter substantiam rei et operationem sic q̄ operatio procedit a substantia per potentia. Unde et propter hoc Theologi dicunt q̄ in qualibet re creata relucet trinitas personarū Substantia em attribuitur patri Potentia filio Operatio spiritui sancto. Sicut enim operatio causatur a substantia et potentia rei Si: spiritus sanctus a patre et filio simul procedit vt dicit scriptura Distinguitur ergo in qualibet substantia creata substantia et posse Immo posse est illud per quod substantia creata agit Anima ergo rationalis cum operatur per potentiam sicut per supra additū et ideo potentia non est substantia anime vt probabitur inferius Et etiā deducit. b. Thomas in. ij. de anima

	Intellect ⁹ q̄	p̄concepit	Patri p̄mo operanti.
In anima sunt tria	Ratio	discernit	Filio qui est sapiētia patris disponēs omnia in celo et in terra
	que	Et talis assistit in diuis	
	Operatio	conseruat	Spiū sc̄o q̄ oia bōa corroborat et cōfirmat Sicē rgo ista tria idē sūt substantia cū anima sic tres p̄sone parer fili ⁹ et spiritus sanctus idē sūt in substantia

B ij

Tractatus Tertius

Notandum quod potentia non mediat inter substantias et operationem sicut subalterna mediat inter generalissima et specialissima. Neque sicut medij colores inter extremos. Sed ordine nature et causalitatis ipsa potentia mediat inter substantias et operationem. Ratio primi quia subalterna sunt essentialiter eadem cum specialissimis et generalissimis. Sed potentia non est eadem cum essentia a qua fluit. Nam intellectus differt ab essentia anime et intelligere. Ratio secundi quia medij colores sunt naturaliter posteriores extremis. Sed potentia licet sit posterior substantia secundum naturam est tamen prior operatione quia finis potentie dicitur operatio. ix. metaph. Ratio tertij quia potentia naturaliter precedit operationem et sequitur substantiam. Iterum potentia est causa operationis et effectus substantie a qua procedit ergo inter substantiam et operationem mediat potentia naturaliter et causative. Pro quorum omnium lucidiori resolutione

Queritur utrum potentia anime ab ipsa anima realiter sit distincta. De hac questione sunt due famose opiniones. Quarum prima est

Opinio Modernorum

Quorum princeps in hac opinione est Buridanus distinguens de duplicibus potentijs anime videlicet instrumentalibus et principalibus. Instrumentales dicit esse qualitativas dispositiones quibus mediantibus corpus disponitur et organa corporis disponuntur. et ut per talia anima valeat in suas operationes. Has potentias dicit realiter distinguere ab anima quia anima est substantia. tales autem potentie sunt accidentia quia qualitates de se habent specie. Alias ponit potentias principales ut est potentia intellectiva vegetativa que sunt immediata principia operationum. et has potentias dicit esse realiter idem cum substantia anime. Et habet ad hoc plures rationes pro se.

Prima ratio

Quia si essent realiter distincte ab anima vel ergo essent substantie vel accidentia. Non substantie quia tunc plures forme substantiales essent in eodem composito. Sed quod non accidentia quia omne accidens ad minus per aliquam potentiam potest separari a suo subiecto. Unde licet accidens inseparabile per naturam non potest separari tamen supernaturaliter hoc est possibile. Et ideo dicit articulus parisiensis quod ea que distincta sunt deus potest illa separare et separatim conservare et sic anima potest esse sine potentijs et per consequens posset esse frustra quia a quo auferitur potentia ad opus ab illo etiam auferitur opus cuius potentia est principium. Et sic deus posset aliquid facere frustra quod esset contra viam philosophicam. Ideo bene dicitur quod potentia anime est sua eterna.

Secunda ratio

Scientia est actus primus in ordine ad considerare. et sic considerare est actus secundus et tamen talis est potentia non distincta ab essentia igitur etiam sic erit dicendum de potentia anime.

Tertia ratio

Quia anima et potentia sua solum differunt sicut respectum et absolutum. Unde essentia anime considerata secundum se habet nomen anime. Sed considerata ad opus cuius est principium habet nomen potentie. quia potentia dicit respectum ad actum. Et essentia in quantum est principium actus habet nomen respectivum scilicet nomen potentie. in quantum vero consideratur secundum se habet nomen absolutum. Sed quia respectivum et absolutum non differunt realiter sed solum secundum rationem. Unde eo quod relatio fabricatur ab intellectu circa naturam rei et non est quid realiter superadditum nature rei ergo. Has igitur rationes et alias plurimas habet Buridanus circa secundum de anima. Secunda est.

Opinio Doctoris sancti

Unde Doctor sanctus distinguit de hoc nomine potentia tripliciter. Quandoque enim sumitur pro subiecto actus et sic convenit materie et dicitur potentia licet sit passiva. Et ita accipiendo potentiam non est dubium quin essentia anime sit potentia quia potentia anime potest recipere multos actus scilicet intellectiones et volitiones. Secundo modo accipitur hoc nomen potentia pro relatione anime cuius ipsa anima est principium. Et ut sic potentia est communiter ens rationis quia huiusmodi potentia multipliciter tendit ad ens rationis. Tertio accipitur pro immediato principio actus et primo. et sic potentia in re non est aliud nisi quedam virtus executiva actus. et sic est idem loqui de potentijs anime et de virtutibus anime quibus potest in suos actus. Et ita consueverunt loqui de potentijs anime philosophi cum posuerunt plures potentias anime. Et ita loquendo de potentia est

Conclusio doctoris sancti

Quod impossibile est potentiam esse essentiam eius. Hoc probat diuersis modis. Primo sic quia actus et potentia circueunt omnia genera tanquam prima principia diuidendo quodlibet genus. Et ideo primo philosophorum tractatu de erroribus ponens actum et potentiam prima principia generis et substantie dicit quod actus et potentia sunt principia omnium generum. Inde est quod deus non est in genere quia solum actus ei attribuitur et non potentia que ad quodlibet genus requiritur. Cum ergo sic sit quod actus et potentia diuidunt quodlibet genus oportet quod quilibet potentiam cum suo actu ad quam comparatur esse eiusdem generis. Sed absurdum est dicere quod operationes anime essent substantie. Cum tales operationes sint de genere qualitatis sequeretur quod anime essentia que refertur ad huiusmodi operationes etiam esset accidens.

Secunda ratio

Quia si potentia esset essentia anime oportet quod anima per se et suam naturam referretur ad actum sine aliquo medio. hoc autem est impossibile propter duo. Primo quia tunc anima per suam essentiam ageret quod nulli conuenit nisi prime cause quia solum prima causa attingit primum effectum essentialiter ergo essentialiter est ubique et etiam essentialiter applicatur ad opus suum. Si ita non est de anima nec de aliquo alio effectu. unde oportet omnes effectus habere quedam media et quedam instrumenta quibus inuatur ad producendum suos effectus. Unde videmus quod corpus animatum oportet habere quedam organa per que potest in suas operationes. et sic etiam est de anima. Secundo sequeretur quod tunc anima semper esset ens in actu et sic homo semper intelligeret quod est impossibile. Sequela probatur quia unquamque operatur quia sua potentia est in actu. si ergo sic est quod potentia anime est eterna anime et quod eterna anime est actus anime et potentia est eterna ergo anima sepe operatur.

Tertia ratio

Quia essentia anime et potentia eius differunt genere quod essentia est in predicamento substantie tanquam pars essentialis et substantialis. Sed potentia est in predicamento qualitatis in secunda specie. Sed sicut Aristoteles. potentia taliter distincta sunt realiter distincta quod primo philosophorum. Contra errores qui posuerunt solum unum esse pro predicamento multitudinem probat multitudinem entium imo primo demonstrat quod quantitas distinguitur a substantia et est immediatum accis. Et concludit si substantia et quantitas sunt duo sunt.

Quarta ratio

Quoniamque sic se habent quod considerantur per diuersa principia essentialiter distincta illa etiam inter se sunt essentialiter distincta et diuersa. i. de genere. Et est una maxima in philosophia quia dicitur quod idem numero non potest a pluribus numerari. Sed sic est quod potentia anime et essentia anime considerantur et considerantur per diuersa principia essentialiter distincta. quia essentia anime eo quod est in genere substantie et ad minus reductiue constituitur per genus et diuersam essentialiter que sunt in genere substantie. Potentia vero eo quod est de genere qualitatis constituitur per genus prout qualitatis et eius differentia. quod notum est logicis.

Quinta ratio

Quia essentia anime quiditatiue et essentialiter continetur sub genere substantie. Sed potentia anime quiditatiue sub genere accidentis. Sed quia unquamque genus est de essentia et natura sue speciei. ergo sequitur quod de essentia anime sit quod ipsa sit substantia. Sed de essentia potentie quod sit accidens eo quod est qualitas que est de essentia potentie. Sed ridiculosum est dicere quod substantia et accidens sunt unum et idem in re. Nam in nullo potest unuocari. i. philosophorum. Ergo etiam consequenter absurdum est dicere quod potentia et essentia sunt unum. Ideo finaliter dicendum est quod sicut opinio doctoris sancti essentia et potentia anime realiter distinguuntur.

Solutiones rationum Modernorum

Unde ad rationes modernorum facillime respondetur quod potentie non sunt substantia. Et quod dicitur quod anima potest esse sine substantia ut probatum est per articulum parisiensem. Respondetur sicut b. Tho. quod propria passio etiam distinguitur realiter a suo subiecto et tamen non potest separari ab eodem. Sed ad articulum parisiensem dicitur quod verum est quod non dependet essentialiter ab alio. Sed sic est quod potentia anime essentialiter dependet ab anima ergo non oportet eam separari. Ad secundam rationem dicitur quod non est simile de potentia materie et de potentia anime. Nam potentia materie est in eodem genere cum materia. Sed sic non est de potentia anime cum anima. quod non sunt in eodem genere ut supra. Ad aliam dicitur quod actus sunt suppositi. Sed scia non habet rationem suppositi et sic actus qui ascribitur scientie non est actus scientie proprie sed est actus scientis. Sic etiam huiusmodi potentie scientie sunt potentie scientis. Ad ultimam dicitur quod ipsa presupponit falsum scilicet quod entitas respectiua non

Tractatus Tertius

distiguatur contra entitates absolutam et hoc est contra pbm in omnibus suis principijs. qz pmo pbicorum dicit absoluta et respectiva esse realiter distincta. Et tantum de questione

Inter substantia aut et operatione media est poia per qua substantia operatur

¶ Item potentia anime dividitur

Vnde ex quo potentia dicit respectum. respectus autem accipit speciem et naturam suam a termino. ideoqz distiguendo potentias anime distinctio specifica sumenda est a distinctione operationum et actu ipsorum viventium occasione cuius philosophus. ij. de anima dicit qz potentie anime distiguatur per actus et obiecta Ratio quia quilibet species dicit actum in anima. poia autem dicit privationem actus quantum de se loquendo ideo potentia non habet speciem a se. sed recipit eam ab alio scilicet ab alio se ab actu et per consequens etiam distinctionem specificam. Operatio autem rei sequitur esse rei qz operatio rei sequitur formam eius primo et secundo pbicorum. Etia forma dat esse. vij. metaphice. ideo szm distinctionem ipsius esse viventium erit distinctio operationum anime. qz esse in viventibus est duplex scilicet materiale et immateriale. le scdm esse materiale ipsi viventi convenit qz ipsum est hoc vel

hoc. i. singulare. quia per materiam fit contractio rei ad esse individuale Ea propter etia. b. Tho ponit materiam individuationis principium Aliud est esse immateriale in viventibus Et szm hoc esse viventi convenit natura universalis Vnde tale esse immateriale est duplex Quoddam est simpliciter immateriale vt est esse intellectuale et a tali esse procedit operatio simplex vt intellectio et volitio Vnde huiusmodi operationes intellectus abstrahunt a materia et etiam ab omnibus conditionibus materie. et szm hanc operationem rebus convenit universalitas simpliciter dicitur Vnde. ij. de anima Intellectus est quodammodo omnia Aliud est esse immateriale non simpliciter sed aliquo modo. et a tali sumitur operatio que etia aliquo modo est abstracta. et no simpliciter vt est operatio sensitiva que abstrahit a materia sed non a conditionibus materie vt visus recipiens colorem in videndo materiam no recipit. quia non trahem vel aliquod lignum aliud coloratum Neqz etia recipit magnitudinem coloris sed dicitur rat formam coloris. Non tamen modo abstracto quia recipit esse cum certa conditione materiali vt cum hic et nunc Recipit enim visus hunc colorem vel illum Et sic differunt intellectio et sensitio qz intellectio est operatio simpliciter abstracta a materia et conditionibus materie Sed sensitio no est abstracta a conditionibus materie Ideo sensitio est singularium quia includit conditiones singularium Sed intellectus est universalium quia excludit huiusmodi conditiones quod patet. ij. de anima et primo posteriorum ubi dicitur Universale dum intelligitur sed singulare dum sentitur. ¶ Ex quibus patet qz szm triplex esse scilicet materiale. abstractum aliquo modo. et abstractum simpliciter. sumitur triplex operatio anime et per consequens triplex potentia Vnde aliqua operatio tantummodo est materialis anime vt que fit per corpus et qualitates corporum sicut est operatio vegetative potentie vt patet de nutritione que fit per calorem naturalem qui est qualitas materialis. et hanc operationem sequitur potentia vegetativa et accipit speciem ab ea Et hec est ratio quia talis potentia requirit omnimodam applicationem sui obiecti Vnde potentia nutritiva non nutrit nisi apponatur nutritio que est aliquo modo materialis. et sic non potest se elevari ultra materiam apprehendendo aliquod distans sicut facit intellectus Secunda est operatio anime que aequaliter materialis est et aliquo modo abstracta sicut sensitio Et ab ista accipit speciem potentia sensitiva et talis etiam requirit potentiam obiecti vt oculus nunqz percipit colorem absentem sed presentem tamen Non tamen requirit eandem applicationem sui obiecti sicut potentia nutritiva facit quia ipsa est aliquo modo elevari ultra materiam Etiam recipit suum obiectum szm formam. hoc est speciem dimittendo materiam Et sic sensus etia pot cognoscere universaliter aliquo modo sed non omnino Tertia est operatio omnino abstracta et simplex vt intelligere. et ab ista procedit tertia potentia anime scilicet rationalis vel intellectiva. et talis non requirit applicationem ad organum neqz presentiam et sic ipsa ita bene cognoscit presentia sicut absentia et e converso. et hoc propter omnimodam sui simpliciter Et ideo szm hoc triplex esse Avicenna ponit solum tres potentias anime quod etiam vult littera in secunda divisione comprehendendo sub sensitiva apprehensivam et szm locum motuam. nam consequuntur sensum. Ponuntur hic distincte potentie ab anima sensitiva propter distinctas operationes Etiam ideo quia no omnino idempificantur cum ea. sed aliquo modo sicut consequens cum suo antecedente. Vnde sensitiva constituta per operationem sensus potentia sensibilis dicitur. Inde sequitur quedam inclinatio ad apprehendendum hoc quod sentitur tanqz ad apprehendendum bonum vel malum Et huiusmodi inclinatio potentia apprehensiva dicitur Et sic sensitiva potentia in re nihil aliud est nisi quidam conatus vel quidam labor vel motus ad apprehendendum hoc quod appetitur per sensum. Et quibus omnibus concluditur qz szm triplex esse solum quinqz sunt potentie anime szm distinctionem specificam. sicut apprehenditur in hac subscripta figura.

Folium xl

Materiale	Nō simpliciter	Nutrire	Vegetatiua	
Esse	v̄t	v̄t	Sensitiua ad quā seq̄	Apprehensiuā
Immateriale				Notia s̄m locū
	Simplr	Intelligere	Intellectiua	

Cuius ratio est Tot sunt potē anime quot sunt operationes viuētis ad se nō reducibiles. S̄tales operationes sunt quinqz igitur. Præterea tot sunt potētie anime quot sunt actus ab illis emanantes Sed quinqz reperiri actus præcipui in viuētibz ergo etiam potētie anime sunt quinqz Maior qz potētie distiguntur per act⁹. V̄t nota nā v̄t est act⁹ vegetādi alter sentiēdi

Queritur V̄t potētie anime distigantur per actus. ⁊ actus per obiecta Vbi Nota qz s̄m intentionez Doctoris sancti potētia est vis anime qua aīa operatur de sc̄da specie qualitatis Obiectū aut potētie est illud in quod fertur primo potētia et sub rōe cuius fertur in omnia que cognoscit. quo modo dicim⁹ colozē esse obiectū potētie visive Potētia em̄ visiva primo fertur in colozem in cōi et sub ratione cōi colozis cognoscit omnia colozata.

Notandū qz duplex est distinctio Quedam est a priori v̄t est illa que est per priora rebus distinctis v̄t homo et asinus distiguntur per rationale Rationale em̄ s̄m naturam prius est homine et asino Differentia em̄ est causa speciei v̄t dicit Porphiri⁹. Causa autē cū ad esse ei⁹ sequitur aliud præcedit suū effectū Alia est distinctio a posteriori rei simplr et s̄m naturam licet per priora quo ad nos Etia duplex est obiectū Nam quoddam est materiale in quo scilicet conueniunt potētie v̄t nutrimentū est obiectum materiale potētiarum vegetatiuarum quia omnes potētie vegetatiue considerant nutrimentū Aliud est formale et est qd potētijs distiguit formaliter Potētie enim v̄t patebit in conclusionibus distiguntur per obiectū formaliter. Forma em̄ est que separat et distiguit. vij. metaphisice. Ex quo sequitur qz plures potētie anime possunt idem obiectū materiale considerare non aut formale

<p>Actiue v̄t sunt potētie vegetatiue v̄t</p> <p>Passiue v̄t sunt sensitiue ⁊ intellectiue. Dicitur em̄ sc̄do de anima Sensus est virtus passiua Et similiter. iij. de anima Intellect⁹ est virt⁹ passiua Quāqz saluatiua nam per receptionem specierum saluatur in suo esse Et est differētia inter illas potētijs. quia obiectū potētie passiue præcedit operationem eiusdem potētie in genere cāe effitientis. obiectū enim agit in potētijs imprimendo ei speciem Obiectum aut potētie actiue sequitur quodammodo operationē potētie. nā potētia actiua agit in obiectū assimilando ei illud v̄t patet de calore respectu ligni quod suscipit formam ignis Et de intellectu nostro d̄t Egidi⁹ in cōmentō qz intellectus noster de se est pura potētia respectu intelligibilium. recte sicut materia est pura potētia in ḡne corporabilitū Et nō est in actu nisi per formam.</p>	<p>Nutritiua</p> <p>Generatiua</p> <p>Augmentatiua</p>
---	--

Potētie aīe sunt duplices sc̄z

Notandum qz aliquid est prius alio dupliciter Vno modo s̄m naturam. Istō modo perfectiora sunt priora imperfectis Et sic ea que sunt in actu sunt priora illis que habent minus de actu. quo modo diuina sunt priora corruptibilibus. Illa em̄ diuina sunt in actu et maxime primum ens quod est solus actus. vij. metaph. Ideo sc̄do metaphisice. huiusmodi diuina vocantur manifestissima nature Cum inquit phis Sicut se habet ocul⁹ nocti coracis ad lumen solis ita intellect⁹ noster ad ea que sunt manifestissima nature. hoc est ad substantias separatas Illa autē inferiora habent actum permixtum potētia et per consequens diuina sunt priora et cause inferiorū Alio modo quo ad nos qd scilicet est proportionatū nostre cognitōni intellectus Et hoc modo habentia actū immixtū potētie sunt priora his que multū sunt in actu Intellectus enim noster in cognoscendo procedit de potētia ad actum Et ergo illa que habēt actū plus mixtū potētia dicuntur priora ⁊ plus nobis proportionata v̄t sunt sensibilia que s̄nt nobis magis nota eo qz sub sensu cadūt His igit̄ omnibus premisis quedā ponuntur pro desultorie questionis mote principales conclusiones. Quarum

Prima Conclusio

Est qz actus quo ad nos sunt prioris potētijs et obiecta sunt priora actibus Que cōclusio pro

Tractatus Tertius

batur hoc modo Illud est nobis prius quod intellectus noster primo apprehendit. Sed intellectus prius apprehendit obiectum quod actus et actum prius potentia igitur Maior nota Sed minor probatur quia intellectus noster non intelligit nisi per speciem intelligibilem ergo intelligit illud quod est speciei intelligibili vicinius et cuius species est similitudo Sed obiectum est vicinius speciei quod actus et ipsa species est similitudo obiecti nam ipsa species immediate representat suum obiectum in quo immediate causatur.

Secunda Conclusio

Actus secundum naturam sunt priores potentijs. probatur quia omnis effectus secundum naturam posterior est sua causa Sed actus est causa potentie igitur. Minor patet quia actus est causa finalis potentie Maior est nota Dicitur enim. ij. phisicorum. Finis est causa causarum Sicut ergo est primum in intentione et ultimum in executione. sic similiter est de actibus respectu potentiarum. Quo enim ad esse intentionis actus est prior potentia. sed quo ad esse executionis actus est post potentiam.

Tertia Conclusio

Obiecta potentiarum actuarum sunt priora potentijs et actibus Probatur conclusio pro prima parte Omne agens prius est passio Sed obiecta potentiarum actuarum agunt in potentias passivas igitur priora sunt potentijs Minor nota quod omne agens imprimat et dat esse formam passio. modo prius intelligitur actio quam susceptio forme que fluit ab agente in passivum Minor quia sensus similiter intellectus est virtus passiva et per consequens suscipit speciem ab obiecto quare prima pars conclusionis vera Sed secunda pars probatur quia omnis causa est prior effectui. Sed obiectum est causa actus ut color multiplicans de se species est actus videndi.

Conclusio finalis

Potentie immediate distinguuntur per actus et actus ulterius per obiecta sicut dictum est Que conclusio probatur auctoritate Aristote. in secundo de anima ubi dicit quod quia sentire et opinari sunt diversa Etiam sensitivum et opinativum sunt diversa. In quo datur intelligi quod potentia sensitiva et intellectiva distinguuntur per actus Ratione autem sic potest declarari Primo quod distinguuntur potentie per actus quia unumquodque distinguitur per hoc per quod habet diffiniri. quia diffinitio est principium distinguendi a quolibet alio Sed potentie diffiniuntur per actus igitur Minor patet quia unumquodque diffinitur secundum quod est in actu. Sed potentia est in actu per operationes ergo habet diffiniri per operationes. Ratio vero secunda scilicet quod actus distinguuntur per obiecta quia omnis actus habet suam distinctionem a principio aut a termino Sic enim differunt domificatio et albefactio. quia domificatio est a domificante sicut a principio ad domum sicut ad terminum Sed albefactio est albefaciente ad album Modo obiecta vel termini sunt vel principia potentiarum. ergo actus distinguuntur per obiecta. Et tantum de questione.

Item potentia anime dividitur in vegetativam sensitivam appetitivam motivam

secundum locum secundum motu progressionis et intellectivam

¶ Vel dividitur sic

¶ Unde licet Avicenna in sexto de naturalibus ponit solum tres species seu differentias potentiarum formaliter. tamen implicite videtur ponere quinque sicut Aristote. ij. de anima Et ideo dictum eius non discordat cum dicto Aristote. sed magis concordat. Ratio autem quare Avicenna ponit solum tres differentias seu potentias est ista quia ipse solum considerat distinctionem potentiarum in ordine ad statum viventium Sed quia solum est triplex status viventium quorum primum est infans est vegetabilium. secundus sensibilibium. et tertius rationalium. id est vitam rationalem habentium Omne enim vivens vel est vegetativum sensitivum vel intellectivum. igitur tantum tres sunt differentie formaliter posite Sed quare istas potentias scilicet appetitivam et motivam potius comprehendit sub sensitiva quam sub alia. quia iste tres potentie sic se habent quod sibi invicem subordinantur Nam ad hoc quod sit potentia appetitiva presupponit esse sensitivam. Et sicut potentia appetitiva presupponit sensitivam sic motiva progressive presupponit appetitivam. nam postquam animal appetit aliquid tunc si illud appetibile distat ab eo prosequitur apprehendendo ipsum et progressive movetur ad ipsum Etiam potentia motiva progressive presupponit sibi sensitivam. nam animal postquam sentit sibi dissonantes appropinquatum tunc secundum fugam que sequitur appetitum irascibile movetur progressive Et ita Avicenna venes statum viventium sumpsit genera potentiarum Aristoteles vero non sumpsit potestas anime penes statum viventium sicut Avicenna Sed penes perfectiones viventium et cum hoc penes activitatem et passibilitatem. ideo non solum tres posuit species sed quinque. ita quod quatuor distinguuntur per perfectiones viventium. nam omne vivens aut est vegetabile aut sensitivum non

Folium rh

motum progressiue. aut sensitiuū motū progressiue aut intellectiū. Et duas distinet penes ac-
tuitate et passibilitate scz sensitiuā appetitiuā. Nā sensitiua habet se sub proprietate passiuā
in eo q̄ per organa sensuum apprehendit et species sensibilia in se suscipit que intus susceptio ē
quodammodo passio Non tamen est credendus q̄ potentia sensitiua sit pure passiuā immo etiam
est actiua in eo q̄ species apprehensas iudicat et discernit. Sed quia nobis notius est potentiam
sensitiuam in se recipere species sensibilia per organa sensuum q̄ circa eas iudicare. Ideo dici-
mus eam habere proprietatem passiuam Sed potentia appetitiua videtur habere proprietatem
actiua in eo q̄ mouet sensitiuā ad prosequendū appetibile sicut lati⁹ patebit in textu sequenti.

Damascenus

Procedens a generalioribus ad magis specialia aduertens q̄ omnis bona diuisio debet esse bime-
bris vel saltem reducibilis ad bimenbrem. diuisit primo potentiam in rationalem et irrationale
Et tunc irrationalem diuisit in obedientem rationi seu persuasibilem et in obedientem seu imp-
suasibilem Sub obedienti comprehendit sensitiuam potentiam ⁊ zoticam. i. spiritualem vel pul-
sualem. Vbi nota q̄ tales potentie dicuntur obedientes et persuasibiles ideo quia s̄m dictamen
recte rationis seu potentie rationalis reguntur in suis operationibus siue actibus. Et ideo dicunt
persuasibiles. Nam sicut rationalis potentia suadet sic sepe operant Sed sub inobedienti rationi
seu imperuasibili comprehendit plantatiuam siue naturalem quod idem est q̄ vegetatiuum Et
rationalis virtus dicitur in obediens rationi quia non immutat suas operationes s̄m dictamen ratio-
nalis potentie quod manifestum est ex hoc quia propter prohibitionem potentie rationalis talis
virtus non suspendit suam operationem neq̄ immutat.

Notandū q̄ Aristo. non facit mentionē de pulsuali virtute ne nimium descenderet
ad singularia ab vniuersalibus Nam Aristo. determinat de istis virtutib⁹
siue potentis vt naturalis phis qui debet dicere vniuersalia non descendendo nimis ad singula-
ria. Sed quia Damascenus fuit theologus et medicus. ideo tanq̄ medicus determinat de ista
virtute pulsuali. Nam vbi phis dimittit ibi medicus incipit vt patet in de sensu et sensato Et
quia philosophus dimittit suam considerationem in singularibus a quibus medic⁹ incipit Vbi
philosophus dicit q̄ vnum contrariū expellit reliquū et q̄ ex contrariis contraria curantur
et hoc medicus applicat in singularibus per aliquam medicinam calidam expellendo naturā pec-
cantem frigidā Et sic patet qualiter Auicenna Aristo. et Damaf. ex diuersis moris diuersimo
de posuerunt anime potentias qui tamen facilius ad concordiam reducuntur.

Vel diuidit sic in vegetabile sensibile et rationale cōprehēdēdo sub sensibili

appetitiuā et s̄m locū motiuā

Differunt autē appetitiua ⁊
Vnde intentio literalis est q̄ licet appetitiua et s̄m locū motiuā ad sensitiuā reducuntur non
tamen omnino sunt idem cum ipsa sed differunt s̄m rationem nominis quia hoc nomen sensibile
dicit passionem. sed appetitiua et s̄m locū motiuā sunt actiue. et sic finaliter intendit q̄ in hoc
differunt ab alijs potentis duabus que ad sensum reducuntur quia sensus est virtus passiuā sed
alie due sunt virtutes actiue Vel differunt sic et melius quia potentia sensitiua est cognitiua vt
patet virtute nominis nam sentire est cognoscere ⁊ apprehendere vt videre apprehendit species
coloris de quibus sensus communis cognoscit. Motiua autē s̄m locū et appetitiua non sunt
cognitiue sed presupponūt cognitionē quia incognitum non appetitur Et consequenter dicitur lit-
tera q̄ tres potentie scz vegetatiua sensitiua et rationalis in eodem subiecto non sunt tres posse
sed bene in diuersis scz in planta bruto et homine. Vnde circa hunc textum solet queri.

Utrū in eodez substāiali cōposito sint tres

anime realiter distincte. Presens questio s̄m processum Alberti stat in duabus opinionibus prin-
cipalibus. Quarum prima est quorundam dicentū plures esse animas in eodē realiter distinctas
Cuius quidem opinionis sunt alie tres opiniones. Prima est

Amcebrontis

In libro fontis vite. Potentis plures formas substantiales esse in vno homine. ita q̄ tanta ibi sit
animarum multitudo quāta est series coordinationis substātie. Ita q̄ ab alia forma petrus dica-
tur corp⁹ ab alia substātia et ab alia homo. Sed hec opinio est falsa q̄ sic sortis esset indiuidis-
um non vnius sed diuersarum specierū. Etiam non esset ibi essentialis predicatio sed denotatiua
homo est corpus. Cuius contrarium de facili ostenditur. Alia est Opinio

Commentatoris

Tractatus Tertius

Potentia tertio celi q̄ forme elementorū sunt medie inter substantiales et accidentales propter imperfectionem earū. et s̄m magis et minus reperiuntur in mixto. et cum ad medium reducuntur cōstat ex eis vna forma Sed hec opinio est falsa quia non est possibile vt sit media forma inter substantialem et accidentalem Et p̄mo de generatione. Elementa manent in mixto nō actu sed virtute. id est qualitates prime elementorū manent in mixto licet remissa a quibus est virtus elementorū Et h̄mōi q̄litas mixtōis est propria dispō ad formā substantialem corpis mixti Tertia ē

Platonis

Quatuor animae
Et quidā volunt potentia in homine animā concupiscibiles in corde. generatiuā in genitalib⁹. nutritiuā in epate. et intellectiuā in cerebro. Alij vero dixerunt. q̄ in omni animato est vna forma corporis et alia vite. vna corporitatis alia specificā. Et iste tres opiniones fundantur in quatuor rationibus s̄m dominum Albertum

Prima ratio

Quaecūq; sunt eadem s̄m substantiā habent easdem operationes Sed anime que dicuntur esse potentie in eodem supposito habent diuersas operationes. Nam alia est operatio vegetatiue. alia sensitivae. et alia intellectivae. ergo sunt diuersae s̄m substantiam. Dicendum q̄ hec rō non cōcludit quia fit ex puris affirmatiuis in sc̄da figura ergo non est debita vniō extremorū in medio Sed si deberet concludere tunc sic deberet argui in terminis transpositis maioris propositionis Quaecūq; habent diuersas operationes nō sunt eadē s̄m substantiā. Sed posse anime sunt h̄mōi ergo nō s̄nt eadē. p̄na in quarto prime. Sed sic maior est falsa igitur et conclusio.

Secunda ratio

Vnius cause immediate est solum vnus effectus Sed anime sensibilis vegetabilis et rationalis sunt plures effectus. ergo vel sunt diuersae anime s̄m substantiam. vel sunt vna anima. sic q̄ iste tres anime componunt vnam Dicendum q̄ verum est vnius cause est tantum vnus effectus principalis ad quem ordinatur.

Tertia ratio

Fundatur super illo. Quaecūq; sic se habent q̄ vnū est cum aliud non est ista sunt realiter distincta Sed sic est de anima vegetatiua et alijs potētis igitur sunt realiter distincte Minor probatur s̄m Albertū isto mō Virtus non est sine eo cuius est virtus Sed in embione reperitur virtus anime vegetatiue anteq̄ inuenitur sensitiva et rationalis. igitur sunt realiter distincte Dicendum q̄ minor est neganda nam virtus potest esse sine eo cui⁹ est virt⁹. sicut in aere est virtus q̄ calor ignis et tū non operatur vt patet ad sensum Dicendū ergo q̄ in embione est virtus vegetabilis nec sensibilis neq; rationalis

Quarta ratio

Illa que sunt eadem essentialiter et s̄m substantiam si vnū est separabile et reliquū erit separabile Sed anima rationalis est separabilis. anima vero vegetatiua et sensitiva sunt inseparabiles ergo non sunt eadem immo diuersae realiter Maior nota. Sed minor probatur. iij. de anima vbi dicitur Separatur enim hoc et hoc sicut perpetuū a corruptibili Dicendum negando minorem quia separata anima rationali a corpore etiam vegetatiua et sensitiva separantur et hoc s̄m separationem anime rationalis. quamuis non sub eadem ratione vel consideratione. vnde in decollatione hominis anima non manet in corpore nec in capite. Et quamuis videatur motus oculorum et agitatio lingue illa tamen non fiunt ab anima sed a spiritibus vitalibus qui ad huc agunt in virtute anime. nam tales ad huc sunt recentes.

Alia est opinio antiquorum

Potentium solum vnam esse animā seu formā substantialem in vno composito. Quorū p̄m⁹ est

Aristotiles

In. vij. phisicorū. ij. de aīa. ij. poste. et. ij. phisicorū Immo oēs phie parres clamāt vna solā esse formā substantialem in vno composito. saltem s̄m essentiam quamq; plures esse dicant s̄m esse id est in gradibus essendi differentes. Secundus est

Egidius de roma

Egidius de Roma in libro contra gradus et pluralitates formarum parte tertia eiusdem vbi p̄ multa capitula probat vnitatem forme in vno supposito. Tertius est

Folium xliij

Albertus

In lectura super scdo de anima Volens non esse plures formas in eodē cōposito. adducēs illas rationes Si in homine essent tres anime substantialiter distincte vnaqueq; sine alia posset exire in suam operationē et sine culpa in eadem delectari. ideo licite homo sine lege rōis potest diffundī in voluptatibus carnis quod fidei et philozophie morali est contrarium. Quartus est

Augustinus

In libro de ecclesiasticis dogmatibus cū inquit Neq; duas animas dicim⁹ in homine sicut Jaꝑobus et alij Syrorū scribunt Sed dicimus vnam esse eandemq; animā in homine que est corp⁹ ita sociate viuificet et semetipsam sua ratione disponat habens in se libertatē arbitrij vt in sua substantia elegat cogitationē q; vult Idem Augusti. in li. de spū et anima. c. vi. Non enim sūt due anime in homine vna qua viuunt corpus et altera qua sentit vt quidā purant Sed vna et eadem est anima que viuunt in semetipsa per intellectū et p̄ter corp⁹ vitā per sensus Idē etiā sup gene sis Mīa rōalis nō solū carni p̄bet vitā aialē v̄m etiā s̄m carnē aliquid concupiscit. Quintus est

Damascenus

Dicens anima rationalis continetur organico corpore et est et vire et augmentationis et sensus et generationis tributua. ¶ Notandum tamen q; duplices sunt forme. Nam quedam sunt sibi inuicem subordinate que sic se habent q; vna continet aliam virtualiter vt scz vna sit superior et alia inferior De quibus dicit Egidius scdo de anima in hec verba Sciendū ergo q; forme sibi inuicem subordinate cōtinent se vt scz superior continet inferiorem quemadmodū dicim⁹ formas elementis esse imperfectiores forma mixti. et formā mixti imperfecti et inanimati dicim⁹ formas perfectiores forma mixti animati. et vegetatiuā imperfectiorem sensitua rōis. Ita q; vegetatiuū saluatur in sensitiuo et sensitiuum in intellectino. sic q; quicquid potest vegetatiuum p̄t et sensitiuum et intellectiuum et cum hoc plns. recte sicut omnes trianguli reseruatū in tetragono. ij de anima. Hoc idem voluit. b. Tho. parte. j. q. lviij. ar. ij. in responsione principali cū inquit vnde in rebus naturalibus gradatim species ordinate esse videntur sicut mixta perfectiora sunt elementis et plante corporibus mineralibus et animalia plantis et homines alijs animalibus et in singulis horum vna species perfectior alijs inuenitur. Alie sunt forme omnino disparate quarū vna non habet ordinem ad aliam vt anima humana comparata ad formam seu animam ipsi⁹ n̄t ni dicuntur forme non subordinate. sicut enim homo et azinus differunt specie et vnum non subalternat alteri cōualiter. sic etiā iste due forme q̄re in eodē cōposito sunt impossibiles. Sext⁹ est

Beatus Thomas

Volens q; plures forme vni⁹ generis non p̄t esse simul in eodē supposito vt pre. j. q. lxxvi. ar. iij. et. lxxxv. ar. iij. et in summa p̄ra gentiles li. ij. c. lvij. vbi inquit Nutritiua sensitua et intellectiua in homine nō sunt tres anime sed vna et hec est cōclusio questionis supra more que probatur p̄mo tali ratione Ab eodem res hz esse et vni esse vel vnitatem Sz manifestū est rē habere esse per formā q̄re et p̄ formā hz vnitatē. ergo vbiq; est multitudo formarū ibi non est vni⁹ scdo sic q; forme substantiales h̄nt se sicut nūeri. viij metaph. vel sicut figure. ij. de anima Sp̄ aut maior nūer⁹ vel figura virtute continet minore sicut quaternarius ternariū Sic similiter p̄t etior forma cōtinet in se imperfectiores vt anima intellectiua que comparatur figure circulari rōne sue perfectionis et capacitatis. omnū enī figurarū maxim⁹ est circulus Ipsa cōfert corpi hūano quicqd sensitua bruto Et sensitua que cōpartur quadrāgulo q; qdrāgnl⁹ ducta linea ab angulo ad angulū duos facit triangulos Sic ipa duos facit triangulos ponarū pueniens bruto ipsa administrans quicquid vegetatiua plantis et ad huc ampli⁹ Et vegetatiua infima animarū cōparta triangulo propter tres pres seu ponas que sunt ḡatiua nutritiua et augmentatiua ab oibus superioribus apphensa Sicut ergo iste figure continent se inuicem Nam circularis continet quadrangularem et triangularem. Et sic.



Ira p̄formiter iste tres aie recte figuris proportidate sibi inuicē sub ordinatur. ergo frustra esset anima sensitua in hoie esse distinctaz ab intellectia Et hoc est qd voluit. b. tho pte sup̄ allegata Tertio probatur sic Quelibet forma prerequit certam predispositionem materie scdo de anima Sed dispositiones materie pro diuersis formis sunt ita disparate q; non possunt se compari in eodem subiecto. ergo nec plures forme possunt esse in eodem cōposito. Et ratur⁹ de hac questione.

Non tres anime

ner duo

Tractatus Tertius

Differunt tñ appetitua et fm locū motiua a sensibili. qz sensibilis quantum est de ratione nominis dicit potentiam apprehensiuā Sed appetitua et fm locū motiua sunt poñe motiue que potētie cū sunt in eodē subiecto vt in homine nō dicunt tres aīe sed bene put sunt in diuersis vt in bruto planta et homine.

Vegetatiua diuiditur.

Vnde tres sunt potentie anime vegetabilis scz nutritiua augmētatiua et gñatiua Cuius duplex est ratio Prima quia omnis potentia anime vegetatiue ordinatur in aliquod bonū. Vel ergo in bonū speciei vel indiuidui Si primum sic est generatiua Si scdm hoc est dupliciter Vel ad bonū esse indiuidui et sic est nutritiua. Nam omne viuens qz diu vitit tam diu nutritur. Vel ad perfecte esse indiuidui sic est augmētatiua Secda ratio quia vegetatiua est anima corporis viuētis. tot ergo necesse est esse potentias in anima vegetatiua quorū contingit esse operationes corporis viuētis Nam propter operationes ponuntur potentie in aliqua anima. Sed est triplex operatio scz. b. Tho. parte. j. q. lxxviii. ar. ij. Vna quidem per quam esse acquiritur. et ad hoc ordinatur potentia generatiua Alia vero per quam corpus viuū debitam acquirit quantitatem. et ad hoc ordinatur vis augmētatiua. Tertia per quam corpus viuētis saluat et in esse et qz ita te debita. et ad hoc ordinatur vis nutritiua. sunt ergo tres potentie anime vegetatiue.

Notandū qz inter omnes istas potētiās generatiua est principalissima et dignissima qz inter aliqua ordinata ad finem hoc est principalissimum per quod talis finis maxime acquiritur Et quia tales potentie ordinantur ad finem illum qui est conseruare aiatum in esse. qui finis maxime acquiritur per generatiuā ideo generatiua vis est pncipalissima Et post eam magis pncipalis est nutritiua. nam per illam etiā magis acquiritur ille finis qz per augmētatiuam. cum in senectute deficiente augmētatiua virtute permanet nutritiua sine qua animal non potest habere esse indiuiduale sicut patet scdo de anima vbi dicitur. Quamdiu viuunt animal tamdiu nutritur. Non autem augmantatur.

De triplici differentia illarū potentiarū

	Nutritiue	Quid	fortis
Primo dant ex pte obiecti. nā obiectū	Augmētatiue Generatiue	est alimētum vt Quale	Eius instruētū ē calor spumosū seu compositus

Secdo differunt ex parte durationis quia nutritiua durat per totū corpus vite vt dicitur ij. de anima Et penitus quecumqz aluntur et viuunt in finem quousqz possunt accipere alimētum Item de longitudine et breuitate vite Alimētum autem non sumentia et planete et animalia corrumpuntur Et de hoc. ij. de generatione. primo polliticonū et. v. metaphisice Augmētatiua vero solum durat ad certū tempus vt postqz fabrica membroruū debita terigerit quantitates scz exigentiam speciei Generatiua vero durat vsqz ad. lxx. annū. Tertio differunt qz nutritiue finis est conseruatio indiuidui et restauratio deperditū Sed augmētatiue finis est conseruatio debite quantitatis indiuidui Sed generatiue finis est conseruare speciem. Et hec potentia generatiua conuenit tam rebus animatis qz inanimatis. Nam ignis generat ignem sibi similem. proprie tamen solum conuenit animatis.

Notandum duplicem esse differentiam inter generationem animatozū et inanimatozū. quia inanimatum generat aliquid simile ab extra receptū sicut ignis generat ignem sibi similem. Sed animalia generant sibi similia ab intrinseca natura decisa Vnde. ij. de anima Animal generat sibi simile ex semine quod descenditur et accipitur de substantia generantis Et hec est generatio proprie dicta quam natura ordinauit ad conseruationem spēi qz natura entis vniuersi inqstū potest intendit pericere tñ quātum vnumqzqz appetit Vnde dicit phs. ij. de anima qz omnia entia appetunt assimilari primo Primum autē ens est sempiternum et ergo omnia entia appetunt habere esse sempiternū Et quia non possunt habere esse sempiternum si indiuiduo ideo natura ordinauit eis quendam actū per quem possunt perpetuari scz speciem vt est ipsa generatio. vnde per generationem conseruatur continue perpetuitas vnius speciei in diuersis indiuiduis. qz continue se succedunt in diuersis spibus p gñatiōez Et qz ad generatōem

Folium xliij

sequitur nutritio Inutiliter enim individuum generaretur nisi haberet aliquod per quod salua retur postq̄ genitū est Et ideo natura post generationem statim fecit sequi nutritionem Et quia omnium que generantur est certus status et terminus .ij. de anima .huiusmodi aut̄ terminus est augmentatio . ideo natura ordinavit ipsis individuis certam augmentationem Ex quibus sic iterum colligitur numerus et ordo potentiarum vegetatiue potentie .

Vegetatiua diuiditur in suas potentias que sunt tres scz nutritiua augmēta

tiua et generatiua

Nutritiue actus est

Unde vita cuiuslibet animati que non est aliud q̄ unio forme viuificantis ipsi subiecto . principaliter consistit in duobus ipm̄ conseruantibus et subiectum disponentibus . scz in calore naturali et humido radicali . quorum duorum si vnum defuerit non potest vita naturaliter permanere Et quia inter hec duo vnum est maxime actiuū continue agens in aliud Calor enim natura? lis continue agit in humidum radicale Ne igitur deficiat humidum radicale et consequenter vita omnino necessarium est animatis vt habeant aliquas potentias quibus hoc humidum radicale quodammodo per calorem naturalem consumptum restauratur Et ideo cuiuslibet animato pro huiusmodi radicalis humidi restauratione data est potentia nutritiua cuz suis speciebus que species sibi inuicem nutritiue subordinantur administratiue .

De diffinitione potentie nutritiue

Unde potentia nutritiua est virtus conuertens nutrimentum in substantiam aliti ad restaurandū deperditum et ad conseruandum individuum in esse Que diffinitio est causalis nam exprimit genera causarum Unde ad nutritionem proprie dicam̄ quatuor concurrunt Primum est virtus nutritiua principalis et hec est anima Scdm̄ est instrumentus virtutis nutritionis et hoc est calor naturalis Tertium est receptaculum nutrimenti et hoc in animalibus est venter et stomachus . in plantis vero sunt pori intercepti Quartum est spongiositas et porositas corporis Corpus enim in omni parte debet nutriri Non aut̄ potest nutriri in omni parte nisi attrahatur nutrimentum in illis partibus . et hoc fit per poros . vnde et medici ponunt venas capillares et paruas venas Cōstat autem q̄ ista quatuor solum reperiuntur in animalibus et per consequens tantum animalia nutriuntur saltem proprie dicta nutritione .

Notandum q̄ tres requiruntur conditiones ad ipsum nutrimentum Prima q̄ nutrimentum debet esse contrarium alito scz ante digestionem Ratio qz nutritio est motus phisicus et realis . motus autē phisicus semper incipit a contrario in contrarium .ij. phisicorum Scda q̄ ipsum nutrimentum sit tale q̄ ipsum aptum natum sit mutari in substantiam aliti Ratio quia ipsum nutrimentum debet mutari in substantiam aliti . nunq̄ autem mutaretur in eius substantiam nisi esset in potentia ad talem transmutationem . Unde et .ij. de anima dicitur q̄ nutrimentum debet esse de numero talium contrariorum que habent ad inuicem transmutationem Et hoc intellige de potentia propinqua Ex quo sequitur q̄ nullum elementū simplex et purum potest dici nutrimentum Ratio quia simplex elementū est in potentia remota ad hoc vt assimiletur nutrito In tali em̄ transmutatione necesse est plures concurrere motores Primum enim requiritur motor qui mouet huiusmodi elementum simplex ad mixtionem vt qualitas prima elementi cum motu celi Deinde oportet q̄ moueatur ad mixtionem corporis animati et hoc est virtus rei animate Unde sequitur etiam q̄ non omne mixtur potest esse conueniens nutrimentus . quia quedam sunt mixta que multū accedunt ad naturā elementorū sicut metalla et mixta per coagulationem . talia enim difficulter sunt dissolubilia . mō nutrimentū cito debet esse dissolubile et mutabile in substantiā aliti Tertia cōditio est q̄ ipsū alimētū debet esse de numero illorū priorū que p̄t̄ augere ipsum alitum quia ex alimēto nō solū debet esse substantia et esse aliti sed etiam eius quantitas Vt autem hec omnia fiant oportet prius nutrimentū decoqui et digereri per calorem naturalem in proprijs suis receptaculis vt ponunt digestionem .

De quatuor digestionibus

Unde sicut dicitur circa primū de gnatione et sym q̄ est cōis traditio naturalium et medicorum quatuor ponuntur digestiones in corpore animalis digerentis quarū vnaqueqz habet virtutem attractiuam per quam attrahit nutrimentum in locum in quo talis digestio ponitur .

Digestio prima

Ponitur in stomacho . et ad hunc locum primo attrahitur nutrimentus ex visceribus et pitū ab impuro separatur Oportet ergo in hac digestionem concurrere tres virtutes scz virtus attractiua Scda virtus alteratiua que digestiua dicitur per quam nutrimentum digeritur et corrumpitur

¶

Tractatus Tertius

Tertio oportet concurrere virtutem expulsiuam per quam illud quod impurum est et disconueniens nature expellitur. Et signanter hec virtus expulsiua habet duo instrumenta videlicet caliditatem et humiditatem. per humiditatem disponitur materia et quodammodo acuitur vt pot habere viam suam Sed per caliditatem mouetur Et hec duo iuuantur per tertium scilicet per ventositatem. quibus tribus fit conueniens expulsio superflui in stomacho. et hec expulsio fit per secessum. purum vero reseruarum pro nutritione mittitur ad epar.

Secunda Digestio

Fit in epate. in qua iterum est virtus attractiua que attrahit illud quod fuit derelictum in stomacho tanquam purius Et iterum ibi concurrunt tres virtutes predictae scilicet eorum operationes quae ibi fit alteratio et impuri expulsio. et illud impurum expellitur per vrinam. et ultra predictas virtutes concurrunt ibi virtus retentiuia. Fit etiam in epate separatio et generatio quatuor humorum qui sunt sanguis phlegma melancolia et cholera Unde cholera incisa in selle mittitur vt in proprium receptaculum. melancolia vero ad plenum. sanguis autem et phlegma diriguntur ad singulas venas Unde dicit Auicenna quod phlegma est sanguis indigestus. i. semicoctus purum autem relictum in tali digestionem mittitur ad ipsum cor.

Tertia Digestio

Ponitur in corde in quo similiter est virtus attractiua que attrahit quod fuit purius in epate derelictum et ibi consequenter fit alteratio nutrimenti. i. impuri a puro expulsio. Unde illud impurum quod a puro separatur mittitur ad vasa seminalia pro generatione ibi similis et vocatur sperma Quod autem est magis disconueniens nature propter sui grossitiam expellitur per pollutiones Purum autem consequenter a corde mittitur ad singula membra animalis vbi fit

Quarta Digestio

Et in tali digestionem iterum fit alteratio et impuri a puro separatio Impurum expellitur per sudores per scabiem crines unguis. quandoque etiam per magnas inflationes. sed purum conuertitur in substantiam aliti. Ex quibus patet quod in omnibus quatuor digestionibus consequuntur se mutuo. omnes quatuor potentie nutritiue anime de quibus postea. quia attractionem sequitur continua alteratio que immutat nutrimentum attractum et consequenter sequuntur alie due scilicet expulsiua quantum ad disconueniens retentiuia vero quantum ad conueniens. Et hec generali potestate mibi procedere visa sunt.

Nutritiue actus est nutriri siue alimento vti Et hec potentia data est vegetabilibus ad conseruationem indiuidui in numero

Quibus quatuor sunt partes.

Unde potentia nutritiua quatuor habet partes sub se seu potentias Ratio quia omnis potentia anime nutritiue aut est circa superfluum alimentum aut circa ipsum alimentum Si primum sic est expulsiua Si secundum hoc est dupliciter Aut est circa alimentum habendum sic est attractiua Aut circa alimentum habitum et iam acquisitum hoc est dupliciter quia vel quo ad alterationem et decoctionem sic est digestiua Aut quo ad distinctionem sic est retentiuia.

Notandum quod ille quatuor potentie distinguuntur scilicet quatuor complexionum et elementorum distinctionem ita quod quilibet earum cum aliqua complexionem et aliquo elemento habeat conuenientiam Nam potentia attractiua assimilatur complexionem cholericam et consequenter igni eo quod calidi et siccus est attrahere. ideo talis potentia pro instrumentis habet caliditatem et siccitatem et sic ratione instrumentorum dicitur esse calida et sicca recte sicut complexio cholericam Et quia in bile. i. paruo sacculo pendente circa epar conseruat cholera ideo talis potentia ibidem dicitur habere vigorem et residentiam. Sed potentia digestiua assimilatur complexionem sanguineam et consequenter aeri. Sed quia calidi et humidus est digerere ideo talis potentia pro instrumentis habet caliditatem et humiditatem ratione quarum talis potentia dicitur calida et humida recte sicut complexio sanguinea et sicut aer. Quia autem in epate est maior caliditas et humiditas nam ibi generatur sanguis qui est calidus et humidus. ideo in tali membro potentia digestiua dicitur residere. Sed potentia expulsiua assimilatur complexionem phlegmaticam et consequenter aque. Nam frigidi et humidus est expellere. Et talis potentia pro instrumentis habet frigiditatem et humiditatem. Ideo ratione instrumentorum de per accidens dicitur frigida et humida sicut complexio phlegmatica. Et quia pulmo est membrum multum phlegmaticum ideo in tali membro huiusmodi potentia dicitur residere. Sed potentia retentiuia assimilatur complexionem melancolicam et consequenter terre. quia frigidi et siccus est fortiter retinere. Ideo

Folium xliij

talis potentia pro instrumentis habet frigiditatem et siccitatem ratione quorum de per accidens dicitur frigida et sicca sicut complexio melancholica. Et quia splen est membrum apud medicos maxime melancholicum et dicitur Cisterna melancholie nam in se colligit melancholiam Et ergo cum tale membrum non est opilatum tunc in se sufficienter colligit melancholiam et relinquit corpus debite dispositum et iocundum. Et ideo dicunt philosophi quod splen ridere facit et facit corpus iocundum. Quis tamen risus procedit a motu cordis et arteriarum. Sed quando tale membrum fuerit opilatum sic quod in ipsum non potest plene et perfecte sumi melancholia tunc talis melancholia mixta sanguini conturbat et indisponit corpus. Et ideo potentia retentiva assimilatur melancholie. et in tali membro dicitur principaliter residere. Et sic patet quod tales partes potentie nutritive pro conseruatione individui sunt ordinate. Et ille potentie notificantur communiter per suos actus. Ratio quia actus sunt nobis notiores suis potentijs. ut patet ad sensum et per philosophum secundo de anima dicentem quod potentie anime distinguantur per actus sicut patet formaliter in littera.

Quis quattuor sunt partes scilicet. Attractiva et est que alimentum attrahit que multum necessaria est plantis. Digestiva est que cibum alterat et digerit. Retentiva est que retinet illud quod aptum est ad nutriendum. Expulsiva est que expellit superfluum.

Argumentative actus.

Unde ad perfectionem individui requiritur debitus status. Nam sicut omnium a natura constantium certus est terminus et nullum eorum excedit debitam quantitatem. Sic cuiuslibet animati est determinata et debita quantitas ad sui perfectionem et permanentiam requisita. Non enim sub quacunque quantitate potest diu vivere animatum et permanere. ideo cuiuslibet animato necessaria est potentia augmentativa. Cuius proprius actus est augmentare. id est ad debitam quantitatem quodcumque producere. Secum quod potentiam quodlibet animatum habet esse secundum perfectionem sui status.

De diffinitione augmentationis

Unde Augmentatio est conversio nutrimenti in substantiam aliam plus quam fuit deperditum facta ab anima mediante calore naturali ut ipsum vivens debitam acquirat quantitatem. Ista est diffinitio augmentationis capiendum augmentationem proprie que tantum animati convenit. In qua diffinitione quatuor cause augmentationis tanguntur. Primo causa materialis cum dicitur nutrimenti. Secundo causa formalis cum dicitur plus quam erat deperditum quia formaliter augmentatio est prioris quantitatis maioratio. Tertio tangitur causa efficiens cum dicitur ab anima. Et hoc principalis. Instrumentalis autem cum dicitur mediante calore naturali. quia calor naturalis habet se tanquam instrumentum in augmentatione. Quarto tangitur causa finalis cum dicitur ut ipsum vivens suam attingat quantitatem.

Notandum Entia naturalia sunt determinata ad duo. Primo quantum ad quantitatem et certam et hoc dupliciter. Uno modo versus magnitudinem sic quod datur certa magnitudo sub qua forma naturalis operationes naturales exercere potest. Forma enim humana non sub quacunque materia magna operationes suas exercet sed sub certa et determinata. Posito enim quod forma humana ad maximum operationes suas exercet sub quantitate sex pedum. sub maiori non exercet suas operationes. Alio modo versus parvitatem sic quod datur certa parvitas sub qua forma naturalis suas operationes poterit exercere ut posito quod forma humana exercet suas operationes sub minima parvitate materie sub quantitate bipedali et sub minori exercere non potest. Ratio quia que determinata sunt quo ad virtutes etiam determinantur quo ad quantitatem. Sed entia naturalia determinata sunt quo ad virtutes ergo etiam quo ad magnitudines et quantitates. Maior quia virtus naturalis reperitur secundum quantitatem eo quod in minori corpore est maior virtus. Sed minor quia entia naturalia determinata sunt quo ad operationes. ergo etiam quo ad virtutes. Sicut ergo operatio arguit virtutem sic etiam finit virtutem. Alio modo sunt determinata quo ad durationem et vitam unumquodque enim ens certam durationem determinat. Et de ista duratione loquitur Aristoteles secundo de generatione in fine dicens Certa periodus indita est viventibus his quidem maior his vero minor. quam certam mensuram et durationem possumus bene minuire per malum regimen nature. sed nequaquam augere. Dicit enim Albertus in libro de duabus sapientijs. Vitam et durationem hominis cognoscere possumus non quantum vivere oportet ex necessitate sed ultra vitam humana extendi non potest. minui quidem dies possunt augeri vero minime. Quare Job hec considerans ait. Constitui terminos eius quos preterire non poterunt. Latius autem de ista duratione patet secundo de generatione.

Tractatus Tertius

<p>Primo nutriuntur et augmentantur</p>	<p>Tempus adole- scentie</p>	<p>triginta annos et ut cōiter in aliq- bus durat vsqz ad xxxvj. i. aliqui bus 40 vsqz ad xxxv. s3m diuersā s3m proportiōez calidi et humidi.</p>
<p>Secūdo nutriunt sed nō augmentant imo semp in eodez sta- tu manent</p>	<p>Et tale Stat⁹ vocalur</p>	<p>Et du quadragesimum annum. rar vsqz ad Sexagesimum annum.</p>
<p>Secūdo nutriunt s3 tñ nimis exsiccata et infrigidata per hūidi extraneū s3 hūi et caro decliare icipit saltē occulte</p>	<p>Tempus declia- tionis</p>	<p>Ad mortem viuentis.</p>
<p>Quarto viuencia notabilr deficit</p>	<p>Tempus dimi- nutionis</p>	<p>Ad mortem viuentis.</p>

Et quia cōiter dicit qz tempus status sit vsqz ad tricesimū annū ideo theologū dicit xpm in eodem
statu mortuū anno sex tricesimo. S3 s3m intentiōez Aluicē. variat s3m diuersitatē pplexiōis

**Augmentatiue actus est augmentare vel ad debitam quantitatem qd cūqz per-
ducere Et dicitur ad debitam quantitatem quia omnū a natura constantū po-
situs est certus terminus et ratio magnitudinis et augmenti.**

Generatiue tactus.

Unde proprius actus potentie generatiue est generare. i. simile ex simili producere Et proprie
capiendo potentiam generatiuam et eius actum proprium tunc solum conuenit animatis perfe-
ctis et non o:baris. S3 capiēdo cōiter tunc etiā conuenit plantis et corporibus superioribus vide
licet soli. Nam vt sic dicimus solem per suam influentiam et calorem in istis inferioribus ani-
malia generare Et hoc est qd dicitur secūdo phisicorum qz homo generat hominem sol Non
tamen qz sol proprie et immediate generat hominem sed quia concurrat per influentiam ad gene-
rationem hominis. Nihilominus tamen sol multa animalia per sui influentiam et calorem in ma-
teria disposita non concurrente etiā aliquo particulari agente generat. sicut patz de multis ver-
mibus muscis et alijs ex putrefactione generatis Et talis generatio vocatur equiuoca.

Equiuoca vbi generans et genitum sunt eiusdem speciei. Et ista generatiōe homo
generat hominem et planta plantā. Dicitur em. ij. phisicorum Homo generat ho-
minem et sol Homo tanqz causa propinqua. sol vero tanqz causa remota. Et de
Generatiōe ista gñatiōe intelligit dictū Aristo. vii. metaph. Omne qz fit a sibi sibi fit s3m spēm
duplex vt Equiuoca vbi generans et genitum nō sunt eiusdē spēi vt qñ ex equa et azino ge-
nerat mulus. Etia qñ ex putrefactione gñantur vermes virtute solis dicit gñatiō
metaphisice equiuoca. Est ergo Generatiō productio sibi similis s3m spēm a principio conuerti
propz ipsius cōseruatiōez s3m em huius potentie est cōseruare rem in esse specifi-
co s3m qd esse assilat deo inqz tuz potz Et quo s3m esse indiuiduale res sunt corrup-
tibilis nō potētes diu pmanere. et id per illā potēz assilantur deo inqz tuz pnt.

Notandum Ipsa generantia participāt diuinum esse in duobus. Primo Nam si
cut deus est causa oim rerū primo celi pmo et xij. metaph. Ita ipsa ge-
nerantia sunt cāe gñatiōis Secūdo deus est sempiternus. xij. metaphice. Ita ipsa generantia cum
sint composita ex cōtrarijs sunt corruptibilia quare non possunt pperuo manere In hoc autē qd
gñant sibi simile cū illo et naturam vniuersalem producant scdm quam et perpetuantur Et hoc
est qd habet Aluoz sex principiorum Natura occulte operatur in rebus nam producendo singu-
lare simul producit et vniuersale. Tunc ibi Naturalissimum operum zē.

Notandum qz naturalissimū operū est generare sibi simile scdo de anima. qd intel-
ligit dupliciter Vno mō rōe necessitatis qd scz magis necessarium est
ad exercendum oppariōes vitales et ad cōseruatiōē sui in numero Et sic gñare sibi simile nō
est opus naturalissimū sed nutrire. Nutritio em magis necessaria est ad exercēdū opatiōes vitales
nō enim potz esse viuens sine nutritiōe secūdo de anima. Alio modo dicitur naturalissimūz ra-
tione nobilitatis et dignitatis. Et sic generare sibi simile est opus naturalissimū et dignius in-
ter opera potentie vegetatiue. Ratio est ista quia facit participare cum ente diuino et immorta-
li in hoc qz per generationem species cōseruatur et inesse perpetuatur vt supra.

Notandū q̄ a generatione naturali tria excipiuntur sc̄dm p̄m sc̄do de anima. Pri-
mo imperfecta id est que non sunt perfecte etatis sicut pueri et senes qui nō
generant. Secundo excipiuntur orbata id est ista viua que carent requisitis ad generationem vt
sunt Ennebi spadones et maleficiari sicut illi quorum complexio est nimis frigida. Tertio exci-
piuntur ista viua que generantur per putrefactionem. Et talia dicuntur habere spontaneam gene-
rationem quia solum agens vniuersale materiam subiectam disponit ex qua talia viuencia pro-
ducit non concurrente particulari agente. Omnia autem alia viuencia generant talia qualia ip-
sa sunt vt planta plantam homo hominem et sic de alijs.

Generatiue actus est ḡnare. Vnde naturalissimū operū in viuentibus quecūq̄
perfecta sunt et nō orbata aut que ḡnatiōem spontaneam non habent est facere
alterum tale quale ipsum est vt animal quoddam animal. planta vero plantam.
quatinus ipsa esse diuino et immortalī participant secundum id quod possunt.

¶ Potentia anime sensibilis

Vnde de numero potentiarum sensitiuarum quedam est apprehensiuā quedam motiua. Poten-
tia apprehensiuā est quedam virtus anime que apprehendit aliquod sensibile obiectum vt poten-
tia visiva que apprehendit colorem. Potentia vero motiua est virtus inclinans et mouens ipas
animam ad prosequendum vel fugiendum illud q̄d per virtutem apprehensiuā est apprehensum
vel cognitum tanq̄ bonum vel malum. Et talis virtus aliquā vocatur appetitus sensitiuus q̄
quando per virtutem apprehensiuam apprehenditur aliquod obiectum tanq̄ delectabile. tunc
statim per virtutem motiuam vel appetitiuam fit quedam inclinatio in animalī ad prosequendū
hoc q̄ sic apprehensum est tanq̄ bonum delectabile. Sed quando per virtutem apprehensiuam
apprehenditur aliquod obiectum tanquam triste. i. malum tunc statim per virtutem motiuam
sequitur quedam inclinatio ad fugiendum hoc tanquam contrarium sue nature.

Notandum licet multe sint species potentie motiue sicut multe sunt species motus
tamen in proposito potentia motiua capitur pro potētia motiua pro
gressiua secundum quam aliqua res de per se a principio eius intrinseco mouetur de loco ad lo-
cum. Et talis potentia motiua progressiua non conuenit plantis sed soluz illis que habent appe-
tuum siue potentiam apprehensiuam vel appetitiuam sensibilem vel rationale ita q̄ ista potentia
motiua causetur per potentiam appetitiuam. Nam apprehensio bono animalī prosequitur ad tale
acquirendum. Sicut ergo talis appetitus solum inest animalibus sic potentia motiua.

Vno mō pro virtute motiua motu progressiua et sic solū reperitur in animalib⁹ perfectis

Posita motiua Alio mō vt extendat se ad motum dilatationis et constrictionis. Et sic etiā repe-
ritur in animalibus imperfectis. vt in conchis marinis et in animalibus affixis pe-
tris quibus non inest motus progressiuus.

De triplici harum potentiarum differentia

Vnde triplex est differentia inter potentiam sensitiuam et vegetatiuam. Primo q̄ potentia
sensitiua apprehendit suum obiectum in aliqua distantia sicut patet de visu qui apprehendit co-
lorem non immediate vnitum ei immo visus non potest colorem immediate sibi vnitum appre-
hendere. Nam dicitur ii. de anima Sensibile positum supra sensum non facit sensationem. S̄
virtus vegetatiua non apprehendit suum obiectum nisi illud vniatur ei. immo nullo modo po-
test obiectum distans apprehendere sed requirit eius obiecti realem coniunctionē vt patet de nu-
tritua respectu cibi qui est in ventre. Secunda differentia quia virtus sensitiua non apprehen-
dit suum obiectum immediate sed mediātribus speciebus sensibilibus. Virtus autem vegetati-
ua apprehendit obiectū suum immediate vt virtus nutritiua cibū per se. Etiam realiter. Quia
luz autem non sic apprehendit colorem sed species eius. Et ideo stat hec differentia in hoc. quia
virtus apprehensiuā capit suum obiectum per aliquam formam intermediam que spēs dicitur.
nā talis immutat ipam potētia. Sed virtus vegetatiua nō capit suū obiectū per aliquā formam
mediā sed recipit ipm s̄m se totū et per se cū materia et forma. Tertia differentia quia virtus ap-
prehensiuā apprehendit suū obiectū spūaliter q̄ p̄ spēs sensibiles que sunt qualitates spūales. S̄
virtus vegetatiua apprehendit suū obiectū realiter et materialiter sicut patet de nutritiua respectu cibi.

¶ ij

Tractatus Tertius

Potentie anime sensibilis quedam sunt apprehensivae quedam motivae. Differt autem vegetativa a sensitiva quia sensitiva fit cum cognitione et est in aliqua separatione a re apprehensa vntibilis tamen mediante aliquo medio ut patet in visum apprehendente colorem qui est indistincta ab organo videndi. vntur autem mediante luce et non recipit color in oculum sed species coloris. Sed in vegetabili coniungitur potentia cum suo ob-

jecto ut nutritiva cum cibo.

Apprehensivarum quedam sunt.

Unde due sunt species immediate potentie apprehensivae scilicet potentia apprehensiva de foris .i. exterior et apprehensiva de intris .i. interior. Potentia apprehensiva de foris primo sic potest notificari est potentia apprehensiva per organum quod est extra in corpore. Et talis dicitur non valet vltimum quia non convenit potentia apprehensiva tactus. eo quod istius organum non est extra in corpore sed intra quia nervus expansus per totum corpus .i. de anima. vbi philosophus declarat manifeste quod caro non est organum tactus sed potius medium quia sensibile positum supra sensum non facit sensationem sed requirit certum medium. modo sensibile positum supra carnem sentitur per tactum. ergo patet quod caro non fit organum tactus. Secundo diffinitur hoc modo. Potentia apprehensiva de foris est que apprehendit rem de foris in materia subiecta. Id est cuius obiectum est res exterior materialis. Sed potentia interior seu deintus est que apprehendit illud quod est ab intra sicut patet de imaginatione.

De triplici harum potentiarum differentia

Unde he due potentie apprehensivae dicitur primo hoc modo. quia potentia exterior apprehendit obiectum reale ad extra et sic sicut oculus colorem. auditus sonum. Sed potentia interior apprehendit illud quod intus est ut fantasia species fantasie et sensus communis species sensationum exteriorum. Unde a virtute sensitiva exteriori fit quedam cognitio interior. talis cognitio in interiori virtute que procedit ab exteriori illa apprehendit ab exteriori tanquam a obiecto immediato. Secundo differunt nam potentia exterior licet recipiat suum obiectum immaterialiter et sic spiritaliter aliquantulum quia per species. Non tamen adeo simpliciter immaterialiter sicut virtus interior qui magis abstracta a materia. Et ideo etiam virtus exterior requirit obiecti presentiam. Virtus vero interior obiecti presentiam non requirit sicut fantasia apprehendit suum obiectum in absentia. Tertio differunt quia potentia exterior dicitur ideo eo quod non presupponit aliquem alium sensum ad sui immutationem sed immediate immutatur ab obiecto ut visus immediate a colore. Sed potentia interior non immediate immutatur ab obiecto sed presupponit alium sensum exteriorem per cuius actum immediate immutatur. Unde sensus exteriores dicuntur fenestre et principia cognitionis cuiuslibet nam presupponuntur. tam a sensibus interioribus quam ab intellectu. ut dicitur primo posteriorum et tertio de anima. Dicitur ergo sensus interior per respectum ad exteriorem qui est vicinior rebus exterioribus. sicut imaginatio immediate immutatur ab aliquo sensu puta a visu. sed visus immediate a colore. Finaliter autem huiusmodi potentie differunt ex parte organi quia organa sensuum exteriorum sunt ab extra. sensuum vero interiorum sunt ab intra sicut cerebrum divisum secundum suas cellulas. Et illa differentia est magis grossa et materialis. Nam sicut patebit due virtutes exteriores sic gustus et tactus etiam aliquo modo habent sua organa ab intra immo philosophus secundo de anima. dicit. Omnis sensus siue exterior siue interior ab intra est scilicet ab anima.

Apprehensivarum quedam sunt de intus quedam de foris. apprehensivae de foris dicuntur que rem de foris apprehendunt materia subiecta et presentia. apprehensivae de intus dicuntur que apprehendunt id quod deintus est ut infra patebit.

Apprehensivae de foris

Unde quinque sunt sensus exteriores secundum divisionem specificam et mediatam. et hoc capiendo sensum tactus communiter pro uno eius sensuum secundum unum eius organum. De istis quinque sensibus dicunt aliqui modernorum quod non differant realiter sed solum secundum rationem. Immo dicunt quod omnes quinque sensus exteriores sunt una anima sensitiva et unus sensus totalis qui particur in quinque secundum quintuplicem eius operationem et secundum diversa organa etiam secundum diversas qualificativas dispositiones organorum. Vbi Nota

Folium xlvi

Primo pro organo sensitivo. et sic capitur in de sensu et sensato ubi dicitur sensus et organa sensuum esse de natura quatuor elementorum.

Secundo pro qualitatina dispositione alicuius organi. Et sic capitur secundo de anima ubi dicitur Excellens sensibile corrumpit sensum. i. dispositionem organi.

Tertio pro actu sentiendi. Et sic etiam capitur secundo de anima ubi dicitur. Sensibile positum supra sensum non facit sensationem. Id est obiectum sensibile positum supra organum sensus non facit actum sentiendi.

Quarto pro anima sentiendi. Et sic capitur quando dicitur Sensus et intellectus ideo sunt realiter sed differunt secundum rationem.

Quinto pro vno aggregato scilicet pro parte et organo illius parte et pro dispo^{ne} qualificatione illius organi. Et sic dicitur moderni quod eo modo accipiat sensus plus in secundo de anima.

Alii autem magis imitantes veritatem respondent ad istam materiam per hanc conclusionem que dicitur de mente Aristotelis quod quinque sunt sensus exteriores realiter distincti secundum distinctionem specificam. Quam conclusionem philosophus probat tribus modis.

Primo

Per distinctionem organorum. quia tot sunt sensus quot sunt organa sensuum secundum speciem distincta. eo quod secundum philosophum sensus est forma organi. Sed forma multiplicatur secundum suum subiectum. Quinque autem sunt organa specificiter distincta sicut manifeste patebit in textu

Secundo

Probat numerum sensuum exteriorum ex parte medij quod quilibet sensus aut huius medij connectitur sibi aut extrinsecum. Si primum sic sunt duo sensus scilicet gustus et tactus inter quos est anima quod tactus iudicat qualitates tangibiles ut primas qualitates et alias ut aperiuntatem mollietatem et cetera. Gustus vero solum iudicat de saporibus. Medij autem extrinsecum huius tres sensus scilicet visus auditus et olfactus. qui differunt per diversam proportionem et assuetudinem organi intrinseci ad medij extrinsecum. quia quilibet sensus habens medij extrinsecum vel est aquee nature sic est organum visus. vel est aeree nature sic est organum auditus. vel est utriusque simul sic est olfactus qui includit naturam aque et aeris.

Tertio

Probat numerum illorum sensuum ex numero obiectorum. Unde obiecta omnium sensuum sunt qualitates sensibiles de tertia specie qualitatis. Sed huiusmodi qualitates omnes percipiuntur per quinque sensus et non per pauciores potest percipi et cognosci. Unde colores non per gustum cognoscuntur nec odores per visum. ideo quilibet qualitas sensibilis huius proprium et adequatum sensum. et ergo cum sunt quinque obiecta etiam erunt quinque sensus immutati ab illis. Et hoc est quod voluit Commentator. in de anima. cum inquit. Manifestum est per se quod unusquisque sensum iudicat suum obiectum proprium et iudicat cum hoc differentias proprias que sunt in illo obiecto proprio. Quarto potest probari numerus sensuum exteriorum ex numero elementorum sumendo vaporem pro quinto elemento ut talia sunt media illorum sensuum.

Visus	primus	ignem	inter omnia elementa solum ignis est elementum lucidum. Et quia necessarium est medium videndi esse illuminatum ergo.
Auditus	secundus	aerem	Et in plurimum auditus fit per aerem rarissime autem per aquam.
Tactus qui est	tertius	terram quod	Medium eius est terreum ut caro vel nervus sub carne expansus.
Gustus	quartus	aquam	Gustus causatur ex humido predominantem. Est primum corpus mixtum ex terra et aqua
Odoratus	quintus	vaporem	virtute solis vel alterius caloris propter eius subtilitatem ideo aeri comparatur.

Apprehensive de foris quinque sunt species scilicet quinque sensus exteriores qui conveniunt in hoc quod omnes sunt parte passive propter quod eorum obiecta qualitates sensibiles dicuntur

Ad hoc quod sensus actu sentiat.

Unde ut fiat actualis sensatio quatuor requiruntur scilicet species. organum. obiectum et medij. Et est intentio huius quod duo species et organum requiruntur ex parte aialis quod talia insunt aiali. et alia duo ex parte extrinseci scilicet obiectum quod est quod extrinsecum. Et hoc est vltimum quod obiecta omnium sensuum exteriorum sunt qualitates sensibiles repte in rebus extra sensum. Sed huiusmodi scilicet medij est extrinsecum sed non vltimum imo solum quo ad res sensus habentes medij extrinsecum. Alii vero duo habent medij intrinsecum.

Tractatus Tertius

De Spiritu.

Vnde quid specialiter debeat intelligi per spiritum de hoc sunt varie locutiones Nam quidam per spiritum intelligunt debitam dispositionem organi. et hoc ideo quia dicit Aristot. qd oportet organū sensus esse bene dispositum dummodo sensus non debeat decipi circa suū obiectū. et ideo oculus non bene dispositus decipitur in iudicando circa colorem tanq̄ obiectum propriū. Alij per spiritum intelligunt quendam nervū qui protenditur ab organo sensus exterioris vsqz ad sensum interiorē. per quem nervū diriguntur species rei sensibilis vsqz ad sensum cōm. Et ideo homines non habentes talem nervū non audiunt. plures em̄ sunt surdi in signum qd talis nervus est corruptus per quem species possunt venire vsqz ad organum sensus. Tertio sunt aliqui qui per spiritum intelligunt aerem connaturalem inclusum in nervo qui protenditur ab organo sensus exterioris vsqz ad sensum cōm. Et in tali aere dicunt qd species rei sensibilis deferunt vsqz ad sensum cōm sine hoc qd accidēs migrat de subiecto in subiectū. et hoc est probabilis. Sed secunda est cōmuniō et ad eam videtur declinare textus Nam dicit qd forma ipsius obiecti sensibilis prius est in medio. secundo in organo. tertio in spiritu. i. nervo qui protenditur ab organo vsqz ad sensum cōm. Sed quid intelligatur per talem formam que sic dirigit a medio vsqz ad organum Ibi dicitur qd per eam intelligatur forma inabstracto ipsius proprii obiecti non secundum se accepta sed scdm suam speciem. vt forma ipsius visibilis est forma ipsius coloris qui a re visibili multiplicatur et talis forma est prius in medio vt in aere. scdo in organo. tertio in spiritu vt in nervo qui protenditur ab oculo vsqz ad sensum communem.

De definitione spiritus et eius divisione

Est enim Spiritus quoddam corpus subtile aerium ebullitione sanguinis et caloris naturalis generatum. Et est simile de spiritibus sicut videtur in aqua fortiter mora.

Naturalis et est humor motuus existens in venis qui radicitur in epate tanq̄ in proprio organo Et talis est calidus siccus et grossus. Ratio quia organum scilicet epas in mediate ponitur supra stomachum in actu suo scilicet in actu digestionis Et est grossus et siccus vt potest prohibere et impedire euaporationes grossas a stomacho ascendentes ne nimium ascensus talium euaporationum grossarum lederet cerebrum.

Vitalis qui est virtus pulsuum in venulis que radicanter in corde. Et de hoc spiritu loquitur littera in fine qd non est subiectus rationi. Vnde talis spiritus vt dicunt medici est quaedam substantia subtilis aeree nature calida et humida. Et hoc ideo vt possit defluere a corde in quo est principium vite vitam et motum omnibus alijs membris animalis Vnde scdm Aristotilem in de sensu et sensato Vita hominis consistit in calido et humido Est igitur officium et actus illius spiritus pellere sanguinem a corde ad singula alia membra animalis Et hoc per pulsam quem facit in corde huiusmodi spiritus a qua pulsione viuificantur singula membra animalis nutriuntur et augmentant Et hoc est qd dicit pbis in libro de motu cordis ponens animam esse in corde a quo influit per spiritum vitalem motum et vitam omnibus alijs membris animalis.

Spūs est triplex scilicet

Animalis Et est motuus membrorum qui radicitur in cerebro mediatis nervis. Nam ad omnia organa sensuum exteriorum diriguntur nervi a cerebro in quibus mouentur spiritus animales qui ad sensationem requiruntur Et ideo huiusmodi spiritus est subtilis et subtilis mouens membra officialia animalis ad opera sua. et ideo habet organum suum principaliter in cerebro vt inuatur animal ad capacitatem discipline vltra hoc qd habet mouere alia membra animalia vt dicunt medici. Spiritus enim ille est frigidus et humidus vt possit iuuare memoriam ad capacitatem discipline Vnde ratione humiditatis facilliter recipit species sensibiles. Sed ratione frigiditatis vnit et coniungit eas Nam frigidi est coniungere et vnire homogenia et etiam etrogenia.

Ad hoc qd sensus actu sentiat quatuor requiruntur, duo ex parte animalis scilicet spūs

et organū. et duo ex parte extrinseci scilicet obiectū et mediū. Vn̄ in abstractione forma

obiecti primo est in medio. scdo in organo. tertio in spū. p̄ hoc ī sensu cōi

C Item nota qd sensuum.

Ratio de gustu qd ad esse animalis requiritur nutritio eo qd talis conseruat indiuiduū. Sed discretio nutrimenti fit per gustum. vnde carens gustu facile sumit venenum et cibum nocuum pro debito alimento. Item sine gustu sumeret alimentum cum fastidio et sic contingeret animal se negligere abstinendo a cibo. quare natura annexit alimentis quandam delectationem gustu per

ceptibilem. Ratio de tactu quia qualitates tangibiles multo magis excedunt naturam animalis
 ut patet de caliditate intensa similiter de frigiditate. Ut ergo animal posset se conservare a suo
 corrumpente necessarius est sensus tactus ad preservandum ab offensivis et extrinsecis incommo-
 dis ne affligatur in temperato estu vel frigore. Carens enim tactu cito pede currit in corporis peri-
 cula. quare dicitur philosophus tertio de anima. Omni animali tactum esse necessarium si debeat consequi
 comoda et subterfugere noxia et molestia. Ergo illi duo sensus sunt necessarii omni animali.

Animal potest
 considerari

Uno modo ut est corpus quoddam mixtum ex elementis. Elementa enim in corpus ani-
 malis intrant et manent in ipso virtualiter ut ostendit Avicenna prima philosophia pri-
 mi canonis de complexionibus. Illo modo necessaria est animali proportio calidi frigi-
 di humiditatis siccitatis. Unde videmus quod cum in animali aliqua illarum qualitatum ex-
 cedit vel excedit animal infirmatur ut patet in febribus. Idem vero ut sic necessarius est tactus.
 Alio modo potest considerari animal in quantum est quoddam nutritibile quod enim
 animal vivit oportet quod nutriatur et restauret deperditum. Illo modo necessarius
 est animalis cibus conveniens nam per cibum disconvenientem animal destruitur
 et corrumpitur. Ideo requiritur sensus gustus si saltem seipsum debeat conservare.
 Et sic patet quod duo sunt sensus necessarii scilicet gustus et tactus. Alii autem duo
 solum sunt de bene esse quia eorum obiecta non conservant neque nutriunt. nec eti-
 am per illa animal per se corrumpitur. Et dico signanter per se quia aliquando
 animal corrumpitur ex magno sono ut ex sono tonitruum. sed hoc non est absolute
 ratione soni sed ratione impetus aeris qui procellitur vehementer ex quo impe-
 tu homo tunc leditur et moritur.

Quo ad acquirendam scientiam etiam duo sunt sensus necessarii. Scientia enim acquiritur du-
 pliciter. Uno modo per inventionem et per experientiam multas ut declarat philosophus pri-
 mo metaphysice quod ex multis sensibus generatur experientia. et ex multis experientis tandem ge-
 neratur scientia. Et ad huiusmodi scientie acquisitionem necessarius est visus qui secundum philosophum
 in problemio metaphysice plures rerum formas nobis ostendit scilicet plurius rerum cognitionem nam in plurius rerum
 cognitionem ducit quam aliqua alius sensus. quibus rebus et diversis effectibus hinc inde per visum
 sensatis et cognitio incipimus philosophari in ista illud primi metaphysice. Propter admirari homi-
 nes inciperunt philosophari. Alio modo scientia acquiritur per doctrinam scilicet qua quia
 ab alio docetur. Et ad huiusmodi acquisitionem precipue deseruit auditus qui per vocem inten-
 tionem docentis haurit. et sic consequenter scientiam docentis per doctrinam acquirit quare sic
 auditus est necessarius. Ex quibus omnibus colligitur quod inter sensus exteriores olfactus est mi-
 nus necessarius sed tamen tutus ad sanitatem ut declarat Albertus. Boni enim odores conferunt
 ad sanitatem. Nam in homine organum odoratus facillime viciatur et indisponitur propter frigi-
 ditatem cerebri. Odores autem quia sunt a natura calidi et siccitatem talem lapsum cerebri fortificant
 et rectificam et humiditatem superfluum expellunt qua ablata homo confortatur in cerebro et
 capite. Sicut ergo odores boni conferunt ad sanitatem sic e converso maxime promovent
 ad egritudinem et firmitatem.

Item nota quod sensuum duo sunt magis necessarii scilicet gustus ad discernendum
 cibum bonum a nocivo. et tactus ad discernendum ea que corpore exteriori corrum-
 punt. Ideo natura ordinavit illis medium intrinsicum ne ex parte medij esset re-
 sectus. Sed alij tres sunt de bene esse animalis ideo illis non est medium innatum.

Obiectum visus

Unde secundum philosophum in de anima visus inter omnes sensus est nobilior licet minus necessarius. Et hoc signatur
 propter duas causas. Prima quod minus indiget ad actum suum quam alij sensus ut patet pariter. Non enim indiget
 reali immutatione neque in medio neque in organo. Secunda quod visus indicat de omnibus sensibilibus tam infe-
 rioribus quam superioribus corporum. Sed alij sensus indicant solum de istis corporibus inferioribus et sic habet actum limi-
 tatum et ex hoc oritur eorum ignobilitas ideo inter sensus exteriores primo determinandum est de visus
 quo ad obiectum organum et medium.

Notandum quod Avicenna in de anima ponit proprium et adequatum obiectum visus colo-
 rem. Unde color potest ac ipse dupliciter. Uno modo ut sit quedam qua-
 litas secunda habens originem ex qualitatibus primis ut nigredo et rufus effectus caliditatis et albe-
 do frigiditatis. Et sic color non est proprium obiectum visus. Ratio quod proprium obiectum respectu sue po-

Tractatus Tertius

potentie debet esse adequatum. Sed color illo modo non est adequatus visui quia non tantum colorem percipit sed etiam aliud a colore ut lumen. Alio modo capitur color communiter ut in differenter extendit se ad colorem proprie dictum prout est qualitas scda et cum hoc ad principia huius qualitatis secunde que sunt lux et diaphonum. Unde lux est principium colorum quia lux secundum phm primo celi est principium primarium qualitatum ut caliditatis frigiditatis etc. Et ille qualitates ulterius sunt principia colorum. Nam frigiditas est mater albedinis. modo quicquid est causa cause etiam est causa causari. Et sic lumen habet se ut principium coloris immo secundum aliquos lumen habet se ut actus colorum. quia illuminando colores actuat eos ut diffundant se ad species in medium. Et ideo dicunt quod in visione lumen requiritur propter colores et non propter medium. Ideo capiendo colorem ut includit sua principia que sunt lux et diaphonum tunc color est proprium et adequatum obiectum visus. Dicendum tamen quod

	Visibile	Ens	
Uno modo scilicet comitatem predicationis et sic illud dicitur obiectum alicuius potentie quod predicatur de omnibus que cognoscuntur per talem potentiam			
Triplex potest assignari obiectum alicuius potentie	Et sic Lumen	Est obiectum visus Et	Verum obiectum intellectus
Alio modo scilicet formalitatem rationis obiectivam quia scilicet obiectum movet potentiam sub aliqua formali ratione			
Tertio scilicet principalitatem appropriationis quia scilicet obiectum tale est appropriatum et adequatum potentie. et sic illud dicitur obiectum alicuius potentie cuius species est in potentia	Color		quoditas rei materialis

Notandum quod obiecta sensuum sunt quedam forme sensibiles prout significant in abstracto sicut declarat philosophus ij. de anima ut color obiectum visus. sonus obiectum auditus. Sed quare est quod coloratum seu visibile ponatur in concreto in textu presenti. Dicendum quod hoc est ideo quia sensus non cognoscit suum obiectum extra materiam sed solum in materia sicut visus non cognoscit colorem abstractum sed colorem in re colorata. et sic hoc totum ponitur pro obiecto licet secundum rei veritatem forma solum sit obiectum.

Ad visionem requiritur

Unde Avicenna et omnes Moderni dicunt quod lumen requiritur ad videndum propter colores quod probant per experientiam quia aliquis existens in loco non illuminato potest videre per foramina omnia illa que sunt in alio loco illuminato et sic videt per medium non illuminatum. Et si quis diceret contra eos immo ibi esset medium illuminatum in quantum quidam radij procedunt a loco illuminato ad locum non illuminatum. Ibi dicit Avicenna quod tunc etiam alter deberet videre colores alios in loco non illuminato quod tamen non fit. Beatus Thomas autem et alij dicunt oppositum scilicet quod lumen requiritur propter medium et non propter colores. quod probatur multipliciter. Primo quia philosophus ij. de anima dicit quod lumen est actus diaphoni. diaphonum autem est medium ergo lumen est actus medij. Et actus habet rationem forme. ix. metaphisice ergo sequitur quod lumen erit forma medij. Sed unaqueque forma requiritur propter suum obiectum et non propter alienum ergo requiritur lumen propter medium. Secundo probatur ex natura coloris nam color est per se sensibilis ergo sequitur quod non requiritur lumen ad videndum propter colorem. Antecedens probatur quia hec est in secundo modo per se color est sensibilis. eo quod color est proprium obiectum visus et subiectum significat quandam causam predicati ergo sequitur quod color habet hoc ex natura sua quare sit sensibilis et non ex aliquo intrinseco.

Primo illud contingit alicui per se quod est de ditione illius essentiali ut animal convenit homini per se et sic lumen convenit colori per se quia color resultat vel componitur ex luminositate ignis vel diaphoneitate aeris et aque et ex opacitate terre. Sed compositio est de essentia oppositi ergo lumen cum componat colorem cum alijs de ditione coloris. Et tale lumen dicitur lumen imbibitum sive intrinsecum. et hoc modo visibile non convenit colori per se scilicet primo modo. Alio modo illud convenit alicui per se quod convenit sibi inseparabiliter ut propria passio alicui subiecti et hoc modo color est sensibilis quia in colore ponitur causa scilicet lumen ipsius visibilitatis ergo ponitur et aptitudo videndi colorem que vocatur visibilitas.

Per se in proposito capitur dupliciter.

Folium xlviii

¶ Concludunt ergo multi doc. et presertim omnes antiqui qd lumen requiratur propter medi-
um ut mediū actuetur per lumen et ut per cognitionem ipsius potest fieri cognitio coloris. Et
hoc est de mente phi in ij. de anima cum dicit qd color est motus diaphoni s'm actum. ¶ Fit er-
go ipsum diaphonū in actu per lumen ergo requiritur lumen propter medium et non propter
colores. Ratio huius quia omnis forma habet aliquam operationem vel actionem sibi propriam
cuius est principium. Dicitur em̄ ij. de generatione Propriū forme est agere. Color autem est que-
dam forma realis Cum habeat reale esse in subiecto. licet intentionale in medio. Concludit er-
go qd color s'm se habet aliquā actionem scilicet facere suam similitudinē in medio et potentia.
Ex quo sequitur primo qd colores in tenebris sunt sub actu primo et non scdo. Alterius autē pri-
mus coloris est diffundere se in mediū. secundus autem est mouere visum et ad hunc actū requi-
ritur illuminatum mediū. Sequitur scdo qd color in quantum de se est in tenebris est visibilis
Sed defectus est in medio qd non est illuminatum. Unde et propter hoc requiritur lumen extra-
neum. Sequitur tertio qd perspicuū est in tenebris saltem in potentia licet non s'm actum perfe-
ctum. Nec requiritur perspicuū ad actum primū sed ad scdm qui est immutare visum et mediū.
¶ Sed ad experientiam Avicenne dicitur qd talis visio fit aliquantulum per medium illuminatū
Sed quare tunc videns talis non videt colores secum existentes in loco tenebroso. Ibi dicitur qd
medium est nimis debilitate illuminatum ideo non sufficit qd potest ibi fieri talis visio corporis.

De diaphono et perspicuo

Unde diaphonum est corpus perspicuū. Et dicitur a dia qd est de et phanos transparitio qua
si corpus transparens. Et ipsa diaphoneitas communis est corporibus celestibus et inferioribus
magis tamen inuenitur in corporibus celestibus.

Primo sol et alia astra. Sol enim est pri-
mum corp⁹ lucidū et luminosus a quo oīa
alia recipiūt lumē et claritatem ij. celi.

Primum est qd recipit lumen in pro-
fundū et qd totaliter sibi includit lu-
mē adeo etiā qd potest alia illuminare et in
hoc lumine sunt corpora celestia. Et

Scdo et ex p̄ri in hoc genere lucidorū
est ignis in materia aliena ut in lignis ar-
dentib⁹. ignis em̄ in propria sphaera non
videtur sed est clarus lucidus perspicu⁹
us et transparens.

Tertio in hoc ḡne sunt corpora que vocan-
tur noctiluca ut oculi catorum.

Triplex est
perspicuū
Nam

Scdm est qd aptū naturā est suscipere ab extrinseco ut imbibat sibi lumē s'm
torū sui non tñ incorporat sibi tale lumē id sibi retinēdo sic qd possit illuminare
alia corpora. et hoc proprie vocat diaphonū in quo ḡne sunt p̄mo sphaera celestes
in scdo ignis in sua sphaera. in tertio aer et aqua. in quarto vitru cristallus.
Tertiu est qd propter eius imperfectionē non recipit lumen in profundum sed
solum in superficie. Et in hoc genere perspicuū est terra et cetera mixta et co-
lorata colore proprie dicto que tamen magis dicuntur opaca q̄ perspicua.

	Lux		qualitas impressa corpori lumi- noso manens in eo tanquam in subiecto proprio		solis
Unde illa quatuor	Lumen	Sunt idem in re Sed dñt ratione Nam	qualitas derivata a luce in corpus diaphonum	De clari- tas	in aere
	Radius	talis est	lux in corpore bene terso		
	Splendor		lumen directe procedens a corpore		radia solis

Unde forma lucis potest quatuor modis considerari. Primo s'm qd est in corpore aliquo lucido
a quo actu illuminantur alia ut in sole vel candela. et sic proprie dicitur lux. Secundo conside-
ratur s'm qd habet esse in diaphano vel corpore non terminato. et sic proprie dicitur lumen. Un-
de Illud corpus non est terminatum quod non terminat nostrum visum ut est diaphonum sicut
aer vel aqua. Tertio consideratur secundum qd talis forma lucis procedit et egreditur secundū
lineam rectam. et sic vocatur radius. et ideo ubique est radius ibi est lumen sed nō e converso

Tractatus Tertius

potest enim alicui esse lumen ex reflectione radiorum solis quibus non ex directo. Quarto inquit sic procedens a corpore luminoso per medium terminatur ad aliquod corpus opacum et tertium a quo reuerberatur ut est speculum vel consumile. et sic dicitur splendor.

Obiectum visus est visibile Ad visionem autem requiritur medium illuminatum

Unde lux dicitur prout est in subiecto proprio quod est corpus luminosum. In

diaphano vero vel transparente vocatur lumen Sed in terro vel denso dicitur

splendor Radius autem super lumen addit directionem quia radius est lumen directum

Medium autem visus

Unde Medium per quod fit visus est corpus transparens et illuminatum. Ex hoc patet quod due conditiones requiruntur ad hoc medium Prima quod sit transparens corpus. et in hoc excluduntur corpora opaca ut terra lapis per que fit visio Secunda quod sit illuminatum. et sic aer licet sit corpus transparens non tamen semper fit visio ut patet in tenebris ubi aer non est illuminatus.

Notandum quod non solum illa duo elementa scilicet aer et aqua sunt medium per quod fit visio. sed etiam quedam corpora mixta ut patet de glacie et vitro et quibusdam alijs Similiter patet de corpore celesti quod licet non sit mixtum nec corpus elementare tamen ad experientiam per visum cognoscitur vltima sphaera in celo ut stellarum. et per consequens oportet quod omnes alie sphaere inferiorum planetarum similiter sphaera ignis sunt omnia corpora transparentia Immo dicunt Astrologi quod vna sphaera celestis habet spissitudinem plus quam centum miliarium. et tamen sunt transparentes et non est in magnitudine corporis sed in subtilitate Et sic non impedit magnitudo sed solum densitas et opacitas Subtilitas autem promouet ad hoc quod aliquod corpus sit transparens ut per aquam. similiter et ad huc magis per aerem fit visio. et ad huc magis per ignem Et similiter plus corpora celestia quam elementaria sunt simplicia. quia corpora elementaria habent in se qualitates corruptibiles. sed corpora celestia non habent nisi qualitates incorruptibiles ergo sunt simpliciora illis inferioribus Occasione cuius dicunt aliqui modernorum Quia corpus celeste ita simplex est solum est forma et non habet materiam. Sed simpliciter hoc est falsum quia omne illud quod mouetur necesse est quod habeat materiam. Licet habeat nobiliores et non ita grossam sicut inferiora quia habet materiam que est ens in actu semper et non materiam que est pura potentia. Ergo sequitur quod sunt composita ex materia et forma quia sunt sensibilia Sed nihil sentitur nisi extensum et compositum Absurdum igitur est dicere quod extensum sit nuda forma. quia extensio fit ratione quantitatis. quantitas autem non inheret soli forme nec materie sed toti composito. Preterea omne quod est substantia vel est materia vel forma vel totum compositum. vij. metaphisice et secundo de anima. Sed celum est substantia et non est forma tantum. Primo ideo quia nulla forma simplex potest esse subiectum alicuius motus cum talis sit indivisibilis Secundo ideo quia si celum esset forma tantum tunc esset actu intelligibilis et non sensibilis cuius contrarium est verum Nec celum est materia tantum quia materia non est separabilis a forma Igitur est totum compositum ut latius ostenditur octavo metaphisice sicut dicitur est superius.

Medium autem visus est transparens illuminatum.

Organum est oculus

Unde organum visus est oculus qui est aquee nature et non ignis ut patet secundo de anima. et in de sensu et sensato Cum experientialiter videtur post offensionem ipsum oculum emittere aquam Sed quod hinc antiquos opinabatur esse ignee nature Ideo est quia dixerunt quod tunc tangeretur daret de scintillas sicut ignis. et maxime quando violenter lederetur Sed hoc pronenit ex illo quia pupilla oculi est corpus bene tersum et politum atque subtile includens aliquod lumen proprium ergo non offenditur tunc lumen eius reuerberatur et reflectitur supra seipsum ita quod quando per reflexionem seipsum videt sicut intellectus per intelligibile extra seipsum intelligit. et talis reflexio luminis apparet per modum scintillarum exire.

Notandum quod ad tale organum visus quedam alia concurrunt scilicet pupilla humorum crystallinus et nervus opticus Unde pupilla est quoddam aggregatum ex pelliculis oculi in quibus continetur humor glacialis Sicut Isidorus enim libro. xij. capitulo secundo pupilla est medium punctus oculi ubi est vis videndi in qua quia parte imaginem videntur pupilla appellatur Et debet esse pura et impolluta sicut puella. Sed humor crystallinus est quidam humor subtilis contentus in pelliculis dispositus ad modum crystalli.

Folium xlix

<p>Albugi- neus</p> <p>Unde in oculo tri- plex est humor.</p>	<p>Albedo</p> <p>Et hinc hoc ap- paret triplex color in oculo scilicet</p>	<p>Albuginis</p> <p>Viredo hincans humore</p> <p>Vitrum</p> <p>Que cum non est simpliciter ni- gredo sed declinat ad nigredinem vel medium scilicet blavum sig- nificat humorem crystallinum.</p>
<p>Crystal- linus</p>	<p>Nigredo</p>	

De quibus omnibus videatur Johānicus et Petrus de Ebano problemate undecimo parti-
cule decime deinde in tali organo est quidem nervus dictus opticus et est nervus protensus a ce-
rebro vsqz ad oculos. Et non est simpliciter vnus nervus quia sunt duo oculi. Sed in parte est
vnus et in parte diuisus. Unde talis nervus versus oculos diuiditur in duos nervos in fronte
conuenientes in vnum per modum crucis et sic versus cerebrū iste nervus est vnus. sed versus
organum est duo nervi. Et hec est causa quare res vna visa duobus oculis non apparet due res
Nam species illius rei conueniunt in nervo anteqz veniunt ad sensum eodem. Et ideo represen-
tant vnu et non duo. Et nisi sic natura ordinasset nunqz posset videri et iudicari aliqua res vna
determinate. Unde tunc fit visio quando per medium visus recipit species rei visibilis ad orga-
num suum. Et signanter primo recipit ad humorem glaciale et crystallinum et consequenter in
nervum in quo est quidam spiritus vitalis per quem defertur hmoi species vsqz ad organū sen-
sus communis vbi fit iudicium rei sensate. Sed an talis spiritus sit substantia vel accidens. Vi-
detur quidam qd sit accidens. Alij autem dicunt qd sit substantia scilicet nervus opticus. S; ma-
gis videtur veritati consonum qd sit quidem sum? acree nature inclusus in cōcavitate huius ner-
vi prohibens ne ibi cōmittatur vacuum. Et talis spiritus est substantia in natura sua. Immo ni-
si sic non posset recipere speciē rei visibilis que est accidens. Et quo p; qd talis species delata a
tali sensu ad sensum cōez non migrat de subiecto in subctm qz ip; manet in tali spū cui pmo infert

De visibilibus innominatis

Unde secundo de anima quedam sunt que videntur in proprio colore et talia soluz sub lumine
extrinseco videntur. Verbi gratia. Aster videtur in sua nigredine aere illuminato a lumine solis
vel alterius corporis lucentis. Quedaz autem videntur sub lumine proprio in medio non illu-
minato vt sunt oculi luporum. catorum squame piscium &c. quia hmoi corpora habent quod-
dam lumen imbitum seu coniunctuz et ergo per hoc lumen representant se in medio tenebroso
quia per hmoi lumen illuminant proprium colorem quem in seipsis habent sub quo tamen colo-
re nō videtur. et sic etiā mediāte proprio lumine percipiunt saltē tpe nocturno S; in die nō percipi-
untur qz lumē magis obfuscat minus. sed minus lumē in tenebris respectu maioris nō obfuscat

Organuz est oculus ad quem venit nervus opticus protensus a cerebro ad pu-
pillam oculi et inde spiritus visibilis qui est in nervo recipit coloris speciē ab hu-
more crystallino qui est in pupilla et defert vsqz ad sensum communem.

¶ Obiectum auditus

Unde obiectum auditus est sonus quia per se et immediate immutat auditum qd est de ratione
obiecti. Et sonus nihil aliud est nisi aer vehementer fractus et impulsus seu diuisus per mo-
tum violentum corporum solitorum fortiter ad inuicem percussorum.

Notandum qd secundum Aristo. secundo de anima ad soni generationem tria re-
quiruntur scilicet verberans medium et verberatum. Ideo medium
quia in motu locali verberans fertur ad verberatum. Sed motus localis fit per medium. vj.
philicorum. Ad hoc autem qd sit sonus notabilis requiruntur tria scz qd verberans et verbera-
tum debent esse corpora dura quia aer tūc fortiter percussus. Et hoc est qd dicit philosophus
Tactus primo fit ex parte corporis duri ad durum. Mollia enim non causant bonum sonuz vt
percussio lane ad lanam. Nam in tali percussione non violentatur aer. oportet enim talem per-
cussionem esse velocem si debeat causari bonus sonus. Si enim lenta fit percussio aer prius diui-
ditur et non extenderet violenter. Secundo talia corpora debent esse plana seu lenia. nam acu-
ta non causant bonum sonum vt percussio acus ad acum. Aer enim in percussione debet esse vn-
us et continuus. sed hoc nō potest esse nisi fiat reflexio a superficie leni que est simpliciter vna. Su-
perfities vero aspera non est simpliciter vna sed secunduz quid. Et qd vna pars supereminet al-

Tractatus Tertius

teri. ideo in tali superficie aer prius diuiditur anteq̄ violentatur. Tertio q̄ verbaratum sit cō-
cassum nam tunc multum recipit de aere et fit magnus sonus. Et q̄ fit reuerbatio aeris ad late-
ra illius concavi anteq̄ erit de illo corpore.

Notandū q̄ secundum Aristotilem aliquid facit sonum dupliciter. Un^o in potencia
et hoc dupliciter. Primo q̄ male sonat vt spongea et lana. hec enim faciūt
parū et modicum sonū vnde et Aristo. vocat ea absōna. i. sine sono. Secundo dicitur sonare
in potencia q̄ actu non sonat sed pōt sonare vt campana que iam non sonat sed apta est ad sonan-
dum. Alio mō aliquid sonat actu vt corpus quod ab auditu actu percipitur.

Item obiectum auditus est sonus qui fit in aere ex collisione duorum corporū

duorum planorum fortiter adinuicem percussorum violenter et velociter.

Cuius medium est aer.

Vnde ad auditū cōcurrit duplex aer scz. Extrinsecus qui est extra organū ipsius audit⁹ in quo
geritur sonus factus per ipm corpus sonans. Secundo requirit aer intrinsecus inclusus in quadā
pellicula auris. Qui est cōnaturalis aer. Et q̄ cōnascit animali in ista pellicula que meringa ē ap-
pellata. et est quedā pellicula seu folliculus quidā instar cāpanule dependens plenus aere sibi cō-
naturali in quē aerem cum venerint species soni per exteriorē causatur auditio exterior. et si pel-
licula illa rumpitur aer inclusus diffunditur et fit animal surdum. Quare aures caute sunt pur-
gande auriculari specillo cauendum est enim ne nimis profunde immittatur specillus istud ne rū-
pat meringam aerem cōnaturalem continentem.

Notandum q̄ ad talē aerē cōnaturale requirit primo q̄ sit immobilis idest firmū
ter implātus auribus. Nā habet se sicut quoddā motum et percus-
sum quod debet esse firmū. Secundo q̄ talis aer sit absōnus id est in se nō habens sonū. Illi enī
quibus aures sonant nihil vel parum audiunt. quia intus existens prohibet extraneū. Et hoc
est quod dicitur secundo de anima. Per se quidem insonabilis aer propter id q̄ facile cessibilis ē.
Quando ergo talis aer est fortiter implātus et secundum se caret omni sono tunc multū abilis
est pro perceptione soni. Et talis aer cōnaturalis nō est medium ipsius auditus sed solum extrin-
secus aer in quo est corpus sonans. Qui aer sic continuatur aeri intrinsecō ita q̄ tangat eū inclu-
sum sic in timpano auris. Potest etiā aqua esse medium auditus. Nā indubie pisces in aquis au-
diunt. Item homo sub aqua audit sed valde difficulter quia aer fractus nō bene subintrat aquā.
Et quia species soni nō sunt ita subtiles sicut species coloris ideo difficulter penetrat aquas pro-
pter fortem resistenciam. Cum igitur in aqua non causatur tam facilis sonus sicut in aere quare
cōmuniter dicimus aerem esse medium causandi sonum.

Cuius medium est aer cōtinuatus aeri posito intra cōcavitatem auris.

CInstrumentum autem.

Vnde instrumentū seu organū audiendi ē timpanū auris. Tale enim timpanū auris est pel-
licula superius nominata includens aerem qui continuatur aeri extrinsecō. Et hoc totum scilicet
pellicula cum aere incluso vocat timpanū et est instrumentū audiendi de quo valdē cauedū est vā

Notandum q̄ auditio fit tali modo. Primo gñatur son⁹ in aere extrinsecō qui p
spēs quas de se multiplicat circūquaqz impunit formā et spēm aeris
incluso in pellicula auris et tūc fit auditus sed non fit statim iudiciū de tali sono. et ideo fit au-
ditus imperfectus. Verbi gratia. Quando aliquādo loquor alicui et ipse non intelligit audit enī
sed nō habet iudiciū de sono. Et ideo ne frustraretur auditus tunc ab organo auditus procedit
quidā ner⁹ vsqz ad sensum cōmunem in quo ē spēs audibilis cui imprimū forma soni. Vteriqz
aeri incluso in pellicula auris. Et sic spēs audibilis defert formā et spēm soni vsqz ad organū au-
ditus. tunc fit iudiciū de sono. Et hoc patz q̄ iudiciū de sono nō fit immediate postq̄ fit audi-
tus sed mediate q̄ tales species deferunt vsqz ad sensum cōmunem. Et q̄ cōringit q̄ magna
ratio alicuius repleta est speciebus aliqbus ita q̄ non aduertit sonum et per consequens audit⁹ nō
immediate immittatur a tali specie.

Nota q̄ aures reducūt ad organū audit⁹. et cōiter loquēdo tūc aures accipiunt pro or-
gano qz cōtinent huiusmodi verū organū. Et natura de necessitate ordinavit hmoi
aures ad audiendū. que hūt se vt quedam vtilibz cōgregancia spēm soni. Inde est q̄ si alicui
amputant aures tūc pessime audit. qz tunc modicū ibi accipit d species⁹ soni ideo fit debilis au-
ditus. Et ergo vt fiat bonus et determinatus auditus natura de necessitate ordinavit huiusmodi
aures que sic se habent q̄ hauriant huiusmodi species soni.

Instrumentum autem est timpanum auris ad quod dirigitur neruus protensus

Folium 1

cerebro continens spiritum audibilem.

[Echo est sonus]

Unde Echo in re non est aliud nisi quidam sonus secundario formatus ex reuerberatione spirituum primi soni per aliquod obstaculum. Nam quoniam quis facit magni sonum in silua tunc iterato post tempus audit alium sonum qui sonus fit ex reuerberatione specierum primi. Et communiter generatur huiusmodi sonus circa aquas et arbores. quia in aqua propter sui densitatem tunc fit ibi reuerberatio ex qua causatur tunc talis secundus sonus qui dicitur echo. Ex quo patet quod in generatione echonis sunt duo soni. quorum primus est directus qui est sonus primarius procedens a corpore sonante ad aliquod obstaculum. Secundo concurrunt sonus secundarius et reflexus qui reflectitur a tali corpore ad ipsum sonantem. Et talis sonus secundus respectu primi dicitur echo. Sed an talis sonus qui secundario auditur designatur realiter a primo sono sunt opiniones. Communis tamen opinio tenet quod non. Et vult quod ille sonus qui postea auditur est idem cum primo in numero solum videlicet quod secundario representatur auditui propter reuerberationem et huiusmodi specierum reflexionem. Et ideo dicit communiter hec opinio quod echo non dicitur ideo sonus secundarius quod esset realiter differens a primo. Sed propter realem reflexionem specierum dicitur secundarius. Alij dicunt quod sit alter sonus de nouo generatus ex reuerberatione primi soni. Nam cum secundus sonus auditur iam primus est corruptus. Et sic non potest bene esse idem sonus secundum substantiam cum primo. Volens autem tenere primam opinionem que est communior dicat quod echo est idem sonus in numero cum primo. Sed solum differunt ratione quia primus intelligitur per species directas. sed echo per species reflexas.

Echo est sonus secundarius reflexus propter aliquod obstaculum

[Sed vox est]

Unde sonus et vox habent se sicut superius et inferius quod omnis vox est sonus et non e contra. Notandum tamen ad sonum tria requiruntur scilicet percuties. percussum et medium quod corrumpitur ex cuius corruptione causatur sonus. Ita etiam illa tria requiruntur ad vocem. Nam percuties in generatione vocis est pulmo. quod per percussio fit exspiratio aeris attracti. Percussum vero est ipse aer exspiratus. Medium in quo fit talis percussio etiam est aer. Et sic in formatione vocis aer habet duplex officium seu duorum vice scilicet percussus et medij sicut dictum fuit de sono. Requirit ergo ultra illa tria ad vocis formationem quod fiat debita figuratio et dearticulatio que quidem articulatio fit per instrumenta quorum compositio ponit scilicet guttur lingua.

Notandum quod ad hoc ut aliquis format vocem necessario oportet quod sit potens ad quadruplicem actum. Primo quod possit inspirare aerem. id est attrahere. et etiam respirare. Et per hoc excluduntur inanimata que non faciunt vocem sed huiusmodi sonum. Et etiam pisces que non inspirant aerem neque respirant ex quo viuunt in aqua. Item quia inspiratio et respiratio aeris a natura est ordinata animalibus ad refrigerium cordis ne suffocentur nimio calore. Sed pisces non habent nimium calorem nature frigide sunt ideo non indigent inspiratione et respiracione aeris. Secundo requiritur ad animal quod debeat formare vocem quod exspirat aerem attractum ita quod fiat reuerberatio aeris a pulmone ad vocalem arteriam. id est ad quandam viam arteriam gutturis. Et in tali repercussione aeris causatur sonus qui est materia vocis. Tertio requiruntur instrumenta quibus fit debita figuratio soni ut intelligibiliter possit aliquid representare. Quarto concurrunt imago signandi que non est aliud nisi ut vox sit illius nature quod intelligibiliter possit aliquid intelligenti representare. per quod excluduntur bruta que proprie non formant vocem sed sonum. quod non possunt signare sonum ut intelligibiliter aliquid representent sicut homo facere potest. Et quoque loqui est proprium hominis et inest ei a natura licet sic vel sic loqui sit ab arte. per seculo quod ista duo sunt in voce. debita materia. et debita forma. Debita enim materia est sonus causatus ex repercussione aeris ad vocalem arteriam. Sed debita forma vocis est figuratio soni cum imagine significandi. id est cum intelligibili representatione rei. Et ergo licet animalia bruta formare possint cum certis instrumentis sonum quendam similem voci sicut per in animalibus domesticis. Non tamen proprie dicuntur formare vocem. Nam deficiunt in hoc quod non possunt concipere illud quod vox representat. et sic non formant vocem cum imagine significandi. Et sic potest etiam dici de omnibus simplicibus scilicet de dyabolo et angelis. quia non habent instrumenta ad veram vocem formandam.

De diffinitione vocis

Unde vox est repercussio aeris inspirati facta ab anima ad vocalem arteriam cum imagine significandi. Que quidem diffinitio non est essentialis seu substantialis. vox enim substantialiter et essentialiter non est repercussio aeris. Est enim vox de genere qualitatis de tertia specie. repercussio autem est actio vel passio. Sed est deo calis data per quatuor genera causarum. Vult ergo Aristoteles. ij. de anima. Tantum vox est repercussio aeris. id est causatur ex repercussione aeris. Cum enim dicitur facta ab anima. tangitur causa principalis efficiens ipsius vocis. Sed cum de ad vocalem arteriam. datur intelligi quod aer inspirat. et e contrario reuerberat ad vocalem arteriam dicitur vox. et sic tangitur subiectum et causa materialis vocis. Est enim vocalis arteria quedam canna protensa in homine seu animali a gutture usque ad pulmonem per quam animal attrahit vel inspirat aerem. Et dicitur arteria quasi

Tractatus Tertius

aeris arcta et stricta via Et sicut diuersam dispoſitionem et qualificationem illius canne homines diuersi modo faciunt voces. aliqui enim grossiores alij graciliores ut ostendit Mundinus in anathomia. c. de arteria. Nihil enim qui habent vocalem arteriam magnam grosse et dure compositionis. magnas et grossas faciunt voces. Habentes autem gracilem et mollis compositionis molliter et graciliter loquuntur. Et ita talis vocalis arteria est causa materialis ipsius vocis. Cum vero in dione additur. cum imagine significandi. igitur finis ipsius vocis. Voces enim sunt ad significandum conceptum mentis et ad eum notificandum. Ideo dicitur. i. peri. Ea que sunt in voce sunt signa eorum que sunt in anima. Cuius vero in dione subintelligitur qualitas sensibilis igitur causa formalis. ¶ Sequitur Correlatio ex dictis quod aeris inspiratio et respiratio deseruit ad duo. Primo ad formationem vocis et sic non sunt necessaria animalia quod animal potest esse sine voce et loquela. Secundo deseruit inspiratio et respiratio ad refrigerium cordis vel caloris naturalis et sic sunt necessaria animalia. Si enim animal non respiraret vel inspiraret suffocaretur ut patet secundo de anima et in de sensu et sensato.

Tussis et

differunt a voce. Quia vox fit cum imagine significandi Sed

Tussis

ex impetu et pulsu nature

Sternutatio

Sternutatio

¶ Sequitur ulterius quod vox proprie conuenit illis qui habent intellectum et qui intentiones rerum percipiunt et apud se faciunt. Quare bruta licet habeant imaginationem sed non habent intellectum et intentiones rerum. In brutis enim imaginatio non regit nisi neque cogit eam ad operandum. Sed potius e converso imaginatio virtus regitur a natura et cogit per eam ad operandum. Unde licet etiam bruta habeant apud se imaginata et concepta rerum. ad exprimendum tamen talia imaginata non faciunt voces quemadmodum homines. Sed potius affectus exprimitur sonis et garribus et non proprie vocibus sicut patet in clamoze animalium. Affectus enim leticie et tristitie plus fundantur in natura quam in anima.

Sed vox est sonus causatus ex repercussione aeris inspirati ab anima ad ralem arteriam cum imagine significandi.

¶ Obiectum olfactus. Unde obiectum olfactus est odor. Est enim odor qualitas secunda ex compositione siccis predominantis cum humido a calido digerente causata alteratiua odoratur de potentia ad actum. Ex qua diffinitione habet et primo quod calor est instrumentum proprium quo resoluitur odor a corpore odorifero. nam calor alterat corpus odoriferum. Et in signum istius tunc exsiccat et calefacta per calorem coiter habent meliorem odorem quam humida. Nam calor resuscitat odorem et consumit humiditatem. Sequitur etiam ex dione quod nihil habet odorem nisi mixtum quare nullum elementum purum habet odorem quod in nullo tali est licetitas cum humiditate coniuncta. Et quod talis combinatio in elementis est impossibilis. i. de generatione. Sequitur etiam quod lapides et metalla non habent odorem. quod nullam vel modicam habent humiditatem quam odorabilia notabiliter oportet habere ut patet ex de sensu et sensato.

Notandum

quod sicut patet in de sensu et sensato Odor est fumalis euaporatio. Que diffinitio etiam non est formalis sed causalis. Odor enim formaliter non est fumus quia non est substantia. Neque etiam formaliter est euaporatio quia non est actio neque passio. Sed est qualitas formaliter causata ex fumali euaporatione.

Homio

Talis appetit

Prout sunt delectabiles et ut conferunt lapsum cerebri a frigiditate et humiditate. Unde et medici dicunt quod boni odores conferunt ad sanitatem. In homine enim organum odoratum facillime viciatur et indisponitur propter frigiditatem et humiditatem cerebri iuxta quod est situatum. Odores autem qui a natura sunt calidi et sicci lapsum cerebri fortificant et reuertunt. quare odores boni conferunt ad sanitatem mali autem opposito modo ad egritudinem.

Unde differenter appetunt odores

quia

odores

Non ratione delectationis sed solum gratia nutrimenti sicut equi appetunt fenem quod bene odorat gratia nutrimenti.

Bruta

Talia appetunt

Folium li

Ex quibus sequitur quod homo inter cetera animalia habet pessimum odoratum non de per se sed per accidens scilicet propter organi situationem. quia ex quo homo inter cetera animalia habet cerebrum frigidissimum et hoc propter temperare cordis calorem. Nam inter omnia animalia homo habet calidissimum cor. Ideo ex quo organum odoratum est situatum prope cerebrum quod est frigidissimum in homine ex de sensu et sensato. et frigiditate cerebri et humiditate tale organum indisponitur sic quod potest ei clauduntur ita quod non potest in se recipere species odorabiles. Sequitur scilicet quod quidam

Odores sunt

Per se delectabiles et non ratione cibi sicut odor rosarum et violarum. Et tales odores sunt proprii ipsi hominibus in quibus homines delectantur sicut se et non gratia cibi seu nutrimenti. Et licet iste species ab aliquibus ponuntur circa cibaria hoc tamen faciunt ex quadam consuetudine seu voluptate. Et quod non solum delectantur in cibo sed etiam in odore.

Per accidens delectabiles sicut odores continentis cibi delectant esurientes sed non saturati. Sed hoc fit per accidens scilicet ratione convenientis saporis qui est in huiusmodi cibo. quia sicut sapor est dulcis sicut et odor talis. Et tales odores sunt communes hominibus et brutis.

Obiectum olfactus est odor resolutus per calorem a re odorifera **Cuius medium**
Medium huiusmodi sensus est duplex et hoc propter duplicitatem animalia. Vnde pisces percipiunt odorem in aquis. Ideo medium eorum est aqua. Pisces enim plus odore quam visu mouentur ad alimentum. Nam habent visum obtusum et duros oculos viscosos atque grossos ne facile ledantur ab humiditate aque ut patet in. ij. de anima et ex de sensu et sensato. Animalia vero degentia extra aquas percipiunt odorem per aerem tanquam per medium proportionatum sicut sunt homo et bruta. Sed quomodo odor multiplicetur realiter scilicet vel spiritualiter diuersae sunt philosophorum opiniones.

Abi nota Quod odor sicut b. Tho. multiplicatur per aliquam distantiam realiter et per aliam quam distantiam spiritualiter seu intentionaliter. Primum patet quia nullum intentionale per motum reale impeditur. Sed videmus quod odorem non possumus multiplicare propter ventum ergo talis multiplicatio vnde est realis. Sed secundum patet per Comen. dicentem in bello Troiano. Vultus res et tygrides de quibus venisse miliaribus ad cadavera in bello Troiano occisa. Sed hoc non videtur possibile scilicet odorem realiter delatum fuisse ad tantam distantiam. Nam si huiusmodi corpora totaliter fuissent in odorem resoluta non potuissent tam grandem distantiam addigisse. Cum odor multiplicetur orbiculariter et in circuitu sicut sonus. Vult ergo Auer. quod odor sit realiter in aere circum corpus odoriferum. sed intentionaliter in aere circa organum odoratum. sicut quod solum per speciem intret organum. quia sensibile positum supra sensum non facit sensationem. ij. de anima.

Cuius medium est aer vel aqua

Organum ipsius
Vnde organum ipsius olfactus sunt due caruncule. i. parte particulae carnee figurate ad modum capituli mamillarum que locantur in fine nasi in medio duorum oculorum. Et inspirando apertae. respirando vero clauduntur ad modum follis. Et sic animal solum inspirando odorem percipit. Et tale organum est valde propinquum cerebro a quo facile indisponitur quia cerebrum est frigidum et humidum. organum vero olfactus est calidum et siccum ut patet ex de sensu et sensato. Quare homo in comparatione suae quantitatis excedens omnia animalia in magnitudine cerebri peioribus habet odoratum cunctis animalibus ut supra patuit. Nam odor est passio siccis consistens in siccitate vincente humiditatem. Vnde et sicca bene odoratur. Constat autem quod organum olfactus in homine est multum frigidum propter cerebri frigiditatem quod frigidum est et humidum. Ideo ratione illius indisponitur quare homo male odorem percipit. Canis autem et huiusmodi animalia que paruo gaudent cerebro subtilem habent olfactum. Etiam ex magna distantia ut patet ex de sensu et sensato.

Organum ipsius sunt due caruncule protense a cerebro similes duobus capitibus

mamillarum per quas venit spiritus odorabilis;

Obiectum gustus
Vnde Obiectum gustus est sapor et hoc per se et proprie. Ideo si aliquid aliud gustu percipitur quod non est sapor ut substantia saporosa hoc non est per se sed ratione saporis. Ideo illud quod per se refertur ad gustum tanquam proprium eius obiectum hoc est sapor. Et potest sic describi. Sapor est qualitas secunda ex commixtione cum humido a calido digerente causata alterariua gustus de potione ad actum. Ex qua dione sequitur quod sola mixta sunt sapida. Ideo nullum elementum purum est sapidum. Et quia in generatione saporis humidum habet se subiectiue et prediatiue et digeritur a calido ergo secundum aliam et aliam digestionem humidum oritur alius et alius sapor scilicet dulcis et amarus qui sunt extremi saporis. acutus. pinguis. acerbus. salsus. ponticus. et stipiticus. qui sunt medij. de quorum generatione patet in de sensu et sensato. Et ponuntur iste saporis species propter diuersas complexionem animalium. Nam

311

Tractatus Tertius

Idem sapor non congruit omnibus animalibus. Equus enim delectatur in sapore avenae. asinus in sapore tritici. canis in sapore carnis. homines aliqui dulci aliqui amaro gaudent sapore seu alimento.

De medio eius

Unde medium in hoc sensu est duplex scilicet extrinsecum et est humiditas salivalis in lingua ad cuius variationem gustus variat suum iudicium. Quandoque enim indisponebat propter evaporationem ascendente de stomacho et sic contingit dulce apparere amarum sicut est in febricitate. quia qualis est humor salivatus talis apparet sapor et permixtus. Ideo dicit Albertus quod si humiditas salivata fuerit infecta amaritudine cholere iudicat gustus cibum amarum. percipit enim amaritudinem et in rei veritate ibi est amaritudo. sed non est ibi ubi ponit eam. Nam ponit eam in cibo in quo non est. Immo est in humiditate salivata. Aliud est medium intrinsecum et est caro porosa in lingua in qua est humor salivatus qui humor in egrotantibus quasi consumitur. et sic egrotantes parum vel nihil sapiunt sed coguntur humorem extrinsecum infundere ut linguam humectent.

De organo

Unde organum ipsius est nervus expansus per totam linguam. Et ille nervus non videtur aliud quam caro nervosa que est sub carne porosa vel permixta carni porose. Duplex enim caro videtur esse in lingua scilicet porosa que est in extremitate lingue. ut patet in lingua bouis assata ubi pellis superior deponit que fuit caro porosa. Alia est nervosa que est sub tali carne. Et organum gustus est prius organum tactus ut vult Aristoteles. ij. de anima ubi dicit gustus quidam tactus est id est partialis tactus quo ad organum. Sed non quo ad iudicium et obiectum penes que a priori distinguuntur sensus ut visum est.

Obiectum gustus est sapor. Cuius medium duplex scilicet intrinsecum et est caro porosa in superficiei lingue que reddit saporem spiritui qui est in nervo interiori. Scilicet extrinsecum est humiditas salivata. Organum autem est nervus expansus per totam linguam.

Tactus vero potest

Tactus secundum intentionem textus potest a duobus denominari. Primo ab eo quod sentit. et sic dicitur unus sensus quia in uno animali est tantum una anima que tangit. Unde ille sensus est unus cuius obiectum includitur sub uno genere imediate et qui est in ordine ad unam operationem scilicet generis vel speciei. Et ideo dicit Aristoteles. ij. de anima. Sicut unaqueque scia est unus generis sensibilis sic et sensus quilibet est unus sensibilis. Unde autem sensus est unus contrarietatis primo et per se. x. metaph. In omni genere est una prima contrarietas. ut in genere corporis est animatum et inanimatum que sunt primo contraria quantum per accipere possunt esse plures contrarietates et secundarie. Nil tamen prohibet quod unus sensus per accidens sit plurius contrarietatum perceptivus. Alio modo tactus denominatur ab eo quod tangitur. id est tactu percipitur. Et sic tactus est totus sensus quod contrarietatum est perceptivus ergo ut sic denominatur quatuor sensus quia primo percipit calidum et frigidum. secundo humidum et siccum. tertio asperum et lenem. quarto grave et leve.

Notandum quod actus potest dupliciter considerari. Uno modo quo ad organum in quo est tantum in subiecto et sic tactus est unus sensus quia organum eius est unus nervus expansus per totum corpus animalis repletus carne in suis porositatibus. Ideo ratione illius organi quod est unum tactus potest dici unus sensus. Alio modo consideratur quantum ad actum et speciem eius. sic tactus comparatur ad tangibile sicut potentia ad actum. Et sic tactus est duo sensus. Ratio quia tangibilia habent duas contrarietates distinctas et ad se invicem irreducibiles. Nam calidum et frigidum est una contrarietas. humidum et siccum alia. Quarum una non reducitur ad aliam. cum sint eque prime qualitates. Ideo oportet dicere necessario quod ille contrarietates ponant tactum esse plures sensus et ad minus duos. Et sic ratione subiecti. id est materialiter tactus est unus sensus. Sed formaliter et ratione obiecti est duo sensus. Ex quibus patet quod tangibile seu tangibiles qualitates ut caliditas frigiditas. et cetera. sunt obiectum tactus. Nam. ij. de anima. Omnes enim sensus unius contrarietatis esse videntur. Tangibili autem insunt multe contrarietates.

De medio tactus

Unde caro viva bene disposita vel aliud proportionabile carni ut patet in piscibus est medium ipsius tactus. Ex quo patet quod per carnem putridam vel stupefactam vel quovis alio modo mortificatam arte magica vel alio modo non fit tactus. Idem patet in quibusdam gestulatoribus qui intumescunt manus quam in calidum ferventissimum intromissam ut in plumbum igne resolutum retrahunt illeam.

De organo

Folium li

Organum ipsius est nerans expansus per totum corpus animalis ad modum reris Et ille rerus sic ramificatus et per totum corpus diffusus non videtur aliud quam caro nervosa Et natura ordinavit illum in toto corpore animalis quatenus animal a corruptione et nocimento posset cauere quoniam in toto corpore contingit ipsum offendi et ledi.

Tactus vero denominari potest ab eo quod sentit et sic est vnus sensus Cuius obiectum est tangibile Vel ab his que sentiunt et sic est quatuor sensus. Apprehendit enim sic primo calidum et frigidum, secundo humidum et siccum, tertio asperum et lenem quarto graue et leue Cuius organum est neruus extensus per totum corpus animalis. medium autem est caro.

Sensibilia communia sunt

Color

Sonus

Odor

Sapor

Tangibile

quinque sensuum obiecta

Proprium quod scilicet per propriam suam naturam et speciem immutat sensum ut sunt

Per se est quod per propriam speciem aptum naturam est sensus immutare. Vel quod per se concurrat ad immutandum omnem sensum a sensibili.

Et tale est duplex

Coe est quod per se concurrat ad immutationem et alterationem sensus a sensibili sed tamen per se non immutat. Ut sunt

Magnitudo

Quies

Numerus

Figura

Motus

Sensibile dicitur quod aptum naturam est perfici et cognosci aliqua potentia sensitiva. Et est duplex. Scilicet

Per accensum est quod per propriam speciem non est aptum naturam sensus immutare

neque per se concurrat ad alterationem sed est punctum alicui sensibili per se ut est substantia materialis. vii. ij. de anima dicitur quod filius dicitur est sensibilis per accidens.

Notandum

Philosophus. ij. de anima dupliciter assignat differentiam inter sensibile proprium et commune. Prima est quod sensibile proprium est illud quod solum vno sensu percipitur sicut color a visu Sensibile vero commune quod pluribus sensibus quantum non omnibus est percipibile secundum magnitudinem percipitur visu et tactu Secunda dicitur quod circa sensibile proprium sensus non decipit tribus tamen obseruatis scilicet debita dispositio organum que deficit in gustu febricitantis Debita dispositio medij que deficit in visu solis de mane ubi lucidum visum per nigrum apparet rubeum. Et debita obiecti ad sensum distantia que deficit in visu stellarum que propter nimiam a nobis elongationem apparent paruam et quantitatis minute Cum sint maxime immodice minima stella. (astrologorum iudicio) maior est tota terra Sed bene contingit sensum decipi circa sensibile commune.

Notandum

quod illa diuisio in per se et per accensum, similiter in proprium et commune non comparatur ad quemlibet sensum sed solum ad exteriores quod sensus interior ut communis est euidentioris virtutis quam sensus exterior Et hoc se sensus exterior ut quoddam instrumentum sensus interioris. modo instrumentum est minus perfectum quam illud cuius est instrumentum. ergo sensus interior melior est et perfectior quam exterior Illud enim quod ad sensum exteriorem fortasse esset sensibile per accidens vel commune hoc idem quo ad sensum interiozem potest esse sensibile per se et proprium Ideo sensibile hic solum diuiditur quo ad sensus exteriores.

Sensibilia communia sunt quinque scilicet motus quies numerus figura et magnitudo. quod a pluribus sensibus particularibus percipiuntur

Itē excellens sensibile

tiam sed per potentiam suas exercet operationes.

Notandum q; potentie simplices vt voluntas et intellectus quibus me-
diū
anima exercet suas operationes sine organo sunt in anima Et signū
istius tales potentie manent in anima post eius separationem. Sed potentie organice quibus me-
diū
diantibus non exercet suas operationes sine organo corporeo sunt in toto composito ex anima et
corpore tanq; in subiecto pmo de anima. Et in signum istius tales potentie non manent in ani-
ma post eius separationem. Vnde stultum est dicere q; anima post separationem videat cum nō
habeat sensum. Nam si haberet eum tunc haberet eum ociose ex quo non posset in actum et ope-
rationem suam. Immo si haberet eum tunc staret potentia sine ordine ad actum quod implicat.
Nam potentie anime sensitiue ordinantur ad actum sentiendi. Sed quia corpus post talem sepa-
rationem non potest in talem actum Ideo staret potentiam esse sine illo a quo accepit operatio-
nem quod implicat.

Notandū q; potentia rationalis seu intellectus non est pars essentialis neq; integra?
lis ipsius anime. quia tales constituunt ipsum totum et sunt priores toto.
Sed potentia intellectiua non precedit animam neq; constituit eam sed potius fluit ab ea Etiaz
partes predicte sunt eiusdem generis cum toto. Sic non est de intellectu et anima quia anima ē
substantia vel substantialis pars. intellectus autem est qualitas Neq; est pars diffinitua vel sub-
iectiua. quia tales dicunt eandem essentiam cum toto. Sed intellectus differt realiter ab anima
Est ergo pars potestatiua s̄m q; anima potest exercere suam propriam operationē que est intel-
ligere Et est ibi similitudo partū potestatiuarum cum integralibus. Nā sicut ille partes ad di-
uersas operationes ordinantur vt pedes ad ambulandum. manus ad palpandū r̄ctis. Sic intel-
lectus voluntas et memoria intellectiua diuersas habent operationes ad quas ordinantur.

Et sunt tria in anima scilicet potentie que sunt innate Et habitus quorum ali-
qui sunt acquisiti vt scientie et virtutes que acquiruntur ex actibus frequenta-
tis generantes conformes actus Alij sunt infusi vt virtutes theologice que con-
feruntur in baptismo vel in penitentia siue iustificatione Et quales sunt habi-
tus tales etiam sunt actus eorum et passiones vt sunt receptiones obiectorum
vel affectiones vt gaudium spes timor et dolor.

Potentia rationalis dividitur

Unde potentia rationalis dividitur in potentiam cognitivam et motivam. In potentia cognitiva in rōe dicitur intellectus in hoc q̄ apprehēdit intelligibile ut patet. Et ideo dicit Arist. tertio de anima. Intellectus est quodammodo omnia. Non per naturam sed per formam seu speciem in possibilem per quam omnibus assimilatur in quatuor recipit similitudinem et formas omnium. quare dicitur omnia receptiva. Nam est locus omnium specierum intelligibilium. omnes enim species sunt in eo et eius potestate quemadmodum manus est organum organorum iij. de anima. quia in potestate eius sunt omnia instrumenta sicut et omnia intelligibilia sunt in potestate ipsius anime intellectus vel intellectus. Recte etiam sicut materia prima est in potentia ad omnes formas sic et intellectus ad species intelligibiles. Sed potentia motiva in ratione dicitur voluntas que sibi se non est virtus cognitiva sed potentia ceca. Recipit autem cognitionem et lumen ab intellectu cuius cognitionem preterit. Et hec potentia scilicet volitiva dicitur motiva. Nam hoc est proprium voluntatis ut postquam aliquid obiectum per intellectum est cognitum tanquam bonum vel malum. quod tunc voluntas movet rationem ad acceptandum si fuerit bonum. vel repellendum si fuerit malum. Et sic voluntas de se non est cognoscere aliquid sed solum ipsius est acceptare vel repellere bonum et malum.

Notandum quod ulterius potentia rationalis dividitur in intellectum agentem et possibilem. Unde sicut rationem modum loquendi modernorum intellectus agens et possibilis non differunt re sed solum ratione. Nam sicut eos eadem anima dicitur intellectus agens in quatuor abstrahit formam seu speciem intelligibilem ab obiecto videlicet apprehendendo nudam quidditatem rei cum exclusionem conditionum individuantiu et materialium. Sed in quatuor intellectiva recipit speciem que est similitudo rei intellecte tunc dicitur intellectus possibilis. Et dicitur intellectus possibilis quasi passibilis in hoc quia recipit formam rei intellecte. re autem est pati. Non tamen est passibilis aliqua passione lesiva vel corruptiva. sed passione nutritiva seu perfectiva quemadmodum quodlibet perfectibile recipiens suam perfectionem patitur. Ut materia recipiens formam. intellectus speciem intelligibilem. et sensus spem sensibilem. Sed contra hanc positionem modernorum est Arist. iij. de anima ubi dicit quod intellectus agens realiter distinguatur ab intellectu possibili quod quocumque operationes et actus sunt distincti seu diversi inter se sunt huiusmodi. Nam potentie distinguuntur per actus et operationes. ij. de anima. Sed intellectus agens et possibilis actus sunt huiusmodi. Nam. iij. de anima dicit. Et est intellectus hic quidem talis in omnia fieri ille vero omnia facere. Preterea sicut hec verba philosophi. intellectus agens habet se ad species intelligibiles sicut causa efficiens sed intellectus possibilis se habet ad ipsas sicut materia vel subiectum. Sed sic est quod materia et efficiens nunquam coincidunt ij. philosophorum ergo sunt distincte potentie sicut latius patebit.

Primum quod est omnia fieri ut est materia prima in quantum ex ea possunt fieri omnia per receptionem formarum

Secundum est omnia esse ut est forma rei naturalis. unde ipsa dicitur esse propter duo. Primo quia dat omnibus esse. vij. metaph. et ij. philosophorum. Secundo forma dicitur esse omnia quia ipsa est quedam convenientia et quedam participatio omnium alicuius generis vel speciei. Nam sicut omnia dicitur dicitur per formam. vij. metaph. sic omnia specie convenientia conveniunt per formam et in signum istud omnia que conveniunt specie habent unam dicitur sicut omnes homines habent hanc differentiam rationalem

Tria reperiuntur in natura

Que tria distinguunt nobis pari formiter in anima rationali in qua reperitur

Tertium quod est omnia facere ut est causa agens vel efficiens que ideo dicitur omnia facere quia ipsa introducendo formam in materiam facit omnem rem naturalem sicut artifex facit omnia artificialia per introductionem forme entis in materiam artis

Primo aliquid quod est omnia fieri in hoc quod recipit species et formas omnium intelligibilium ut est intellectus possibilis qui est locus specierum tertio de anima.

Secundo reperitur aliqua virtus que est omnia esse. Et illa in re nihil aliud est quam forma rei intellectiva. Nam sicut forma rei est quedam convenientia omnium sub eadem specie. ut anima rationalis. Sic forma intellectiva rei est similitudo omnium sub uno genere vel specie contentorum ut est intellectus possibilis.

Tertio reperitur aliqua virtus que est omnia facere in hoc quod ipsa habet formare et abstrahere species omnium intelligibilium et eas ponere in intellectum possibilem. Et hec virtus dicitur intellectus agens. Per igitur quod intellectus agens habet se ad intellectum possibilem sicut ars se habet ad materiam artis.

¶ ij

Tractatus Tertius

Potentia rōnalis diuiditur alia cognitua alia motiua. Cognitua est intellectiua que diuiditur fm differentias nature in intellectum agentem et possibilem.

Intellectus agens

Vnde. iij. de anima In omni natura in qua datur aliquid ex quo possunt omnia fieri. etiam datur aliquid quod potest omnia facere Ratio quia frustra esset potentia nisi reduceretur ad actum ergo preter intellectum possibilem ponitur intellectus agens. Primi quidem omnia fieri et scđi omnia facere. immo philosophus. v. metaphisice dicit esse duplicem potentiam. actiuam. et passiuam. Et ipsam passiuam duci ad actum per actiuam Probat de arte Nam argilla est in potentia ad plures et diuersas formas ideo datur ars qua lutifigulus tales formas ducit ad actum Ita erit in anima Nam anima habet vnā potentiam scilicet intellectum possibilem que potest formas omnium rerum recipere. Est enim quodammodo omnia in fieri. Et cum tales forme que dicuntur species intelligibiles non sunt in actu oportet necessario in anima ponere potentiam scđ intellectum agentē qui tales species ducat ad actum ex phantasmatis retentis in mēoria.

De nominibus intellectus agentis

Tertio de anima intellectus agens vocatur ars habitus et lumen Ars ideo quia sicut per artem artifex disponit materiam ad educendum formam Ita intellectus agens conuertit se ad phantasmata ex quibus species intelligibiles educit ipsis depuratis. Habitus vocatur in comparatione ad intellectum possibilem. Nam intellectus possibilis est in genere intelligentium potentia pura Sed potentia comparatur ad agens sicut priuatio ad habitum. x. metaphisice. Ideo intellectus agens cum sit principium actiuum specierum intelligibilium dicitur agens quare erit vt habitus Sed intellectus possibilis qui recipit species erit vt priuatio eius. Dicitur autem lumen ideo. quia sicut colores sine lumine non possunt videri et recipi in medium. ij. de anima. Ita species intelligibiles non possunt recipi in intellectum possibilem sine intellectu agente. ille enim ex phantasmatis elicit eas. Ex quibus patet qd due sunt proprietates principales intellectus agentis Vna est abstrahere species que conuenit ei per comparationem ad phantasmata Scđa est illuminare tales species abstractas que conuenit ei per comparationem ad intellectum possibilem.

De proprietatibus intellectus possibilis

Prima qd intellectus possibilis est immixtus vt formas omnium quiditatu cognoscat. Si enim intellectus esset mixtus tunc esset vel corpus vel virtus in corpore Et si fuerit alterum illorum tunc habebit formam propriam que forma impediatur ipsum recipere formam alienam. Nam inmixtus prohibet extraneum. iij. de anima Ideo est immixtus quod est contra positum neqz Anaxagore qui eā ex oibus vt omnia intelligeret cōpositū affirmauit Scđa qd intellectus possibilis est impassibilis Nā est incorporeus Et quā qd patitur passione saluatiua perfectiua et receptiua. tamen illa proprie nō est passio. vnde Commentator commento. vij. Scimus enim qd non patitur intellectus neqz transmutatur a forti intelligibili. Sensus autem valde de sensibile non potest sentire.

Tertia qd sit incorporeus et inorganicus. quia intellectus intelligit vniuersale penitus abstractū a materia et a conditionibus materie quare nō erit potentia organica. Debet enim esse proportio inter obiectum et potentiam Sed obiectum intellectus est immateriale ergo intellectus est incorporeus et immaterialis. Et in principio creationis non habet species intelligibiles rerum intelligibilium sed est in potentia ad illas Et hoc est quod dicit philosophus. iij. de anima Quoniam potentia quodammodo ad intelligibilia est intellectus sed actu nil anteqm intelligat Oportet autem sic esse sicut in tabula nihil est actu scriptū etc. Commē. pmen. xi. ij. Tabula nullā habet picturam actu neqz in potentia propinqua Ita in intellectu possibili nō est aliqua formarum quas recipit neqz in actu neqz in potentia propinqua.

Proprietates intellectus possibilis tres sūt

Agens a phantasmatis illuminat atqz irradiat
Possibilis qd spēs Illuminatus ab intellectu agere tāqz subiectū propū recipit

Folium lix

In habitu qui intellectus possibilis dicitur qui quibus impregnatus sit speciebus et habitibus non tamen actu considerat. ideo vocatur in habitu sicut esset intellectus philosophi dormientis.

Tertio de anima qua druplex est intellectus

Prima quod intellectus in actu et res scita sunt simul. Ratio quia res scita in actu est causa intellectus in actu. sed causa in actu et effectus sunt simul secundo posteriorum et secundo philosophorum.

In actu ut est intellectus possibilis qui actu considerat sicut spem vel habitum eius. Et illius sunt tres proprietates

Secunda intellectus in actu in eodem tempore posterior est intellectu in potentia. Ratio quia intellectus possibilis est in potentia ad omnia fieri. ergo postquam recepit species et per eas actu considerat notum est ipsum priorus fuisse in potentia ergo potentia in eodem tempore est prior actu. in diversis vero actus est prior potentia. quod reducens prius est reducto.

Tertia intellectus in actu semper intelligit. quia si non intelligeret. Et sic quia non esset informatus specie diceretur intellectus in potentia. Aut si species sibi coniuncta est et actu non cognoscit vocatur intellectus in habitu. Quare intellectus in actu est qui semper intelligit

De acceptionibus intellectus

Unde Intellectus uno modo capitur pro tota anime substantia. Et sic dicit philosophus tertio de anima Separatus autem solum hoc quod vere est. et hoc solum immortale et perpetuum est de quo Commentario r. men. ij. Secundo capitur pro potentia intellectiva et sic dividitur in intellectum agentem et possibilem tertio de anima. Tertio capitur intellectus pro habitu principiorum ut secundo posteriorum ubi Egidius ponit triplicem differentiam intellectus a scientia. Et vi. Ethicorum ubi ostendit quod preter virtutes morales qui ordinantur ad operationem boni necesse est ponere habitus intellectuales ad cognitionem veri pertinentes inter quos habitus intellectus numeratur. Quarto pro actu intelligendi. sic dicimus aliquem habere bonum intellectum. i. actum et modum intelligendi. Et sic unus rem unam melius intelligit quam alter. nam pro fundius speculatur propter complexionis bonitatem et virium excellentiam. Ultimo capitur pro re intellecta. sic dicimus quod in separatis idem sit intelligens et intellectum. Etiam in nobis secundum idemprimitatem non nature sed proportionis. Tales itaque acceptiones ad multa valere videntur ideo sunt notande

De acceptionibus intellectus possibilis

Uno modo ut est omnino in potentia ad scientiam ut ante intelligere Et sic a Commentatore dicitur materialis. i. potentialis quasi nullo modo in actu.

Secundo consideratur ut habet aliquam dispositionem ad scientiam sed incompletam ut cum habet principia alicuius scie per se nota. sic vocatur intellectus dispositus. Tertio ut habeat habitum scientificum sed non utitur illo. Sic dicitur intellectus perfectus et in habitu.

Quarto sicut quod actu considerat per talem habitum. et sic vocatur intellectus in actu.

Quinto vocatur intellectus speculativus possibilis a potentia recipiendi species Sexto potest dici adeptus in quantum omnium rerum haberet species intelligibiles ut alicuius hominis sapientissimi totius mundi vel alicuius in futura patria.

Septimo potest vocari heroicus in quantum intelligeret per influentiam luminis divini. Et sic intellectus secundum diversas eius operationes et perfectiones diversis nominatur nominibus. Et differt intellectus a voluntate. Nam intellectus est altior voluntate et simplicior simpliciter loquendo sed secundum quid est e converso. Beatus Tho. parte prima questione lxxij. articulo. iij. Sed voluntas et liberum arbitrium idem sunt secundum substantiam et una potentia. sed actibus distinguuntur Nam voluntatis est velle. liberi arbitrii est eligere.

De triplici genere intelligentium

Unde in genere intelligentium duo sunt extrema respectu medij scilicet supremum et ultimum. Supremum est perfectissimum ut est prima causa que etiam est finis totius universi saltem extrinsecus Et est suum intelligere semper actu intelligens sicut postea patebit. Sed intellectus humanus in hoc genere est infimus. Nam videtur se habere sicut materia prima quia sicut talis actu

¶ ij

Intellectus possibilis capitur.

Tractatus Tertius

Nullam habet formam sed est in potentia ad omnes ut patet primo philosophorum. Ita intellectus est in potentia ad omnes species intelligibiles recipiendas. Et hoc est quod voluit beatus Thomas in de ente et essentia cum inquit Et hoc completur in anima humana que tenet infimum gradum in substantiis intellectualibus. Unde intellectus eius se habet ad formas intelligibiles sicut materia prima que tenet ultimum gradum in esse sensibili ad formas sensibiles. Et ideo philosophus tertio de anima comparat eum tabule rase in qua nihil est depictum. Ideo dicit Averroes causatum quod creatus sit in horizonte intelligentiarum Sicut ergo orizon est infimus circulus ita et anima rationalis seu intellectus humanus. De hoc. b. Tho. par. i. q. lxxvi. ar. vi. ubi dicit quod natura humana secundum ordinem nature infimum tenet gradum in substantiis intellectualibus in tantum quod non habet naturaliter sibi inditam veritatem sicut angeli sed colligit eam ex rebus divisibilibus per viam sensus Et iterum. b. Tho. par. i. q. lxxix. ar. ij. ubi dicit quod maxime videtur remota a perfectione intellectus divini Sed hoc est singulariter. Notandum quod intellectus possibilis bene est ens actu in genere intelligentium sed est potentia passiva in genere intelligibilium quia gradum tenet infimum Non enim intelligit nisi a specie intelligibili moveatur et de potentia intelligendi ad actum deducatur. Et in hoc differt ab intellectu divino sicut patebit Et videat. b. Tho. par. i. q. xiiij. ar. viij. ad quintum.

In intellectus agens est qui abstrahit species ab imaginatione seu phantasia et sua irradiatione facit eas universales Et ponit eas in intellectum possibilem Nam sicut ad visum corporalem requiritur lux abstrahens intentiones coloris et ponit eas in aere. sic intellectus agens qui est lux anime ponit species abstractas a phantasia in intellectum possibilem. Intellectus possibilis dicitur qui potest recipere tales species sed nondum recepit eas cuius exemplum est tabula nuda.

¶ Item intellectus agens et

Primo quia intellectus agens habet se ut lux. nam illuminat sua irradiatione i. conversione ad phantasmata Sed intellectus possibilis habet se ut illuminatum. Nam illuminatur et perficitur a speciebus intelligibilibus. prout enim rationalis intellectus actualiter recipit species intelligibiles tunc dicitur possibilis non corruptive sed salvative seu perfecte quemadmodum materia recipit formas Sed in quantum est aptus natus recipere tunc dicitur possibilis quasi potens recipere et secundum hoc comparatur tabule rase. i. bene planate.

¶ Intellectus agens et possibilis differunt

Secundo quia intellectus agens habet se ut perfectus. possibilis vero ut perfectibile Tertio quia intellectus agens est omnia facere non quidem realiter sed cognitively. i. formare species omnium intelligibilium. Possibilis vero omnia fieri i. informari a speciebus omnium intelligibilium quarum dicitur locus. iij. de anima Quare etiam philosophus dicit intellectum esse quodammodo omnia i. posse cognoscere omnia generaliter ad minus quia conceptu entis quod est obiectum nostri intellectus quo conceptu universali omnia intelliguntur Nihil enim est quod rationem entis subterfugere possit secundum Avicennam et. xij. metaphisice Etiam in particulari nihil repugnat intellectui humano acquirere species omnium rerum intelligibilium vel simpliciter vel discursive Ideo Commentator tertio de anima vocat intellectum novum genus materie secundum comparationem prehabitam. puta sicut materia indifferens est ad quamlibet formam sic intellectus ad quamlibet speciem intelligibilem.

In intellectus agens et possibilis differunt sicut lux et illuminatum. et sicut perfectus et perfectibile Item intellectus agens est omnia facere Intellectus vero possibilis omnia fieri.

¶ Item intellectus dividitur

Folium lx

Unde intellectus speculatiuus et practicus secundam essentiam absolutam est una potentia. qz diuerse due potentie vna non mutatur in aliam. Sed tertio de anima Intellectus speculatiuus sola extensione ad opus fit practicus. Est igit vnus intellectus qui dicitur speculatiuus et practicus. Et licet obiecta diuersa sint tamen illa diuersitas non est essentialis sed accidentalis. quia differunt per esse absolutum et ad opus extensum. Et huiusmodi obiectorum diuersitas non est causa diuersitatis potentiarum.

Intellectus speculatiuus et practicus non realiter sed secundum rationem differunt

Primo quia intellectus speculatiuus formam vel speciem rei apprehendit simpliciter. Sed practicus speciem apprehensam ad opus extendit vt patet de domesticante. vbi speculatiuus intellectus precedere dicitur practicum. Nam septimo metaphisice. Domus ad extra fit a domo ab intra. Secundo ex parte finis quia finis intellectus speculatiui est intra se scilicet rei perfecta cognitio. Sed practici finis est extra se. Nam secundo metaphisice. Theoretice quidem id est speculatiue finis veritas practice vero opus. Intellectus enim practicus est operatiuus. vnde Praxis grece est operatio latine. Et sic secundum Eustrata Praxis est hominis secundum electionem operatio. Et ergo officium practici intellectus est considerare verum in ordine ad opus. Tertio differunt ex operationibus. Nam speculatiui intellectus operatio est immanens. practici vero transiens sexto Ethicorum Praxis est recta ratio factibilium rerum sicut prudentia est recta ratio rerum agibilium. Quarto differunt quia speculatiuus vtitur specie intelligibili vt principio cognoscendi tantum. Sed practicus vltra hoc vt talis etiam est principium operandi. Non enim querit cognitionem nisi propter opus secundo Ethicorum. Non enim vt sciamus quid sit virtus sed vt boni simus. Quinto differunt ex parte causalitatis. Nam intellectus practicus est causa eorum que ei subsunt. Sed speculatiuus est causalatus quo ad operationes eius ab illis qui ab ipso intelliguntur. Et ex hoc sequitur quod intellectus practicus dici potest actiuus. speculatiuus vero passiuus.

Item intellectus diuiditur secundum differentiam obiecti in speculatiuum et practicum qui ambo in cognitione consistunt. Sed in hoc differunt quia speculatiuus cognoscit verum sub ratione veri. sed practicus cognoscit verum sub ratione boni. Item finis speculatiui est verum sed finis practici est bonum. Item per speculatiuum recte intelligimus. sed per practicum recte viuimus.

¶ Practicus diuiditur

Unde intellectus practicus diuiditur secundum diuisionem boni. sed bonum aliquod est vniuersale aliud particulare. Quando enim intellectus practicus apprehendit bonum in vniuersali tunc vocatur sinderisis. Est enim sinderisis habitus innatus intellectus practici rerum principiorum operabilium. Vel est vis motiua anime que semper est apra nata agere in altiora vel in superioribus mouens naturaliter ad bonum. Et per talem nunquam contingit errare. Nam eius officium est remurmurare malo et inclinare ad bonum. Sic anima humana per hanc partem semper aduersatur vicijs et perpetrata mala continue arguit. Et de ista sinderisi potest intelligi dictum Boetij in de consolatione philosophie dicentis Summa retinens singula perdit. Hoc est dicere sinderisis retinet summa. i. vniuersalia. perdit singula. i. dimittit particularia. Si autem intellectus practicus apprehendit bonum in particulari hoc vel illud tunc habet sub se duas potentias. Vnam per quam contemplatur bona eterna. Et ista potentia vocatur proprio nomine potentia intellectiua. Et aliam potentiam per quam simul considerat superiora et inferiora. Et talis primo nomine sibi imposito vocatur intelligentia apud philosophos. Sed vocatur angelus apud theologos. secundo vocatur ratio. Et differt a prima potentia intellectiua scilicet. Nam intellectiua apprehendit bona eterna simplici intuitu sine operatione ad bona temporalia. Sed ratio apprehendit bona superiora quodammodo discursiue per comparationem ad bona temporalia. Et hec species que vocatur ratio subdiuiditur in duas species quarum vna scilicet superior vocatur vir. inferior vero mulier. Superior enim vocatur vir pro tanto quia perfectior est. quia

¶ R iij

Tractatus Tertius

hec pars contemplatur superiora que consideratio est perfectissima sicut natura viri et complexio est perfectior et nobilior complexione mulieris. Et ideo Albertus allegat Augustinum super illud Corinth. xij. scilicet Virum non decet velare caput. Quod sic potest intelligi. quod vir non debet velare caput suum. i. non debet se abscondere a contemplatione superiorum. Et quod secundum istam partem ratio iudicat de eternis. Sed secunda pars rationis vocatur mulier que est inferior apprehendens inferiora et hoc secundum comparationem ad superiora. Unde secundum beatum Augustinum pars superior que vocatur vir inheret sua contemplatione eternis. Ideo dicit beatus Augustinus quod ratio inheret eternis rationibus. Et non solum dicit quod inheret eternis quia quantum ad partem inferiorem que mulier dicitur inheret temporalibus et non eternis. Et sic in superiori parte que vir dicitur est species que est habitus cognitivus principiorum primorum cuiusmodi sunt ista bona eterna et superiora de quibus contemplatur ista pars superior. In qua etiam superiori parte dicitur esse imago sancte trinitatis. i. dicitur esse similitudo secundum quam anima rationalis dicitur similis sancte trinitati que similitudo consistit in his videlicet intelligentia memoria et voluntate. que tres potestate sunt una in re sed differunt rationibus. Recte sicut individua sancta trinitas est una in essentia et trina in personis sic et intelligentia cum memoria et voluntate simul sunt in ratione et precipue in superiori parte que vocatur vir. Sed in inferiori parte que vocatur mulier consistit prudentia quia prudentia est habitus cognitivus operabilium a nobis dirigens ea sic quod bene fiant. Et quia operabilia a nobis sunt inferiora bona. Ideo in hac inferiori parte dicitur esse prudentia. Que omnia succinctim in hac comprehendende figura.

Intellectus et perfectus est divinus et secundum divinam visionem boni vel boni talis est	De secundum tale intellectus est practicus	vocatur singularis que non est potentia cognitiva siue contemplativa. Sed solus est effectiva siue motiva ita quod in generali movet ad bonum et in generali est detestativa mali.	Bona eterna intuitiva et sic vel parte ne discipulatur	Potentia intellectiva. Est enim intellectus potentia altior atque sublimior quam ratio deus enim intellectus habet sed non rationem.
Particulare		Et ratio primo intelligentia apud philosophos Si bonis superiora et inferiora discipulatur Superiorior Secundo ratio est divisa in partem Inferiorem		
		Vir qui est imago dei xxxij q. v.	que est	Illi qui est quasi famula viri in Cantone Cuius caput.

Notandum Sicut patet ex predictis ratio et intelligentia contemplantur eterna que non sunt a nobis operabilia et per nostram voluntatem. Ideo magis nam habent convenientiam cum intellectu speculativo. Differunt tamen in hoc quia per intellectum speculativum apprehendimus superiora bona et eterna. non solum ista sed etiam inferiora temporalia sub ratione veri scilicet quantum ad eorum esse et quidditates non habendo respectum an sint bona vel mala. Sed intelligentia et ratio contemplantur de eternis sub ratione boni et appetibilis speciali consideratione scilicet quod talia sunt bona et eterna que non sunt a nobis operabilia tamen propter ipsa acquirendum circa inferiora debemus operari. Et hoc sufficit ad intellectum practicum vel quod de ipsis est intellectus practicus.

Practicus dividitur in singularis et rationem. Ratio dividitur in partem superiorior que vir dicitur et in partem inferiorior que mulier dicitur. Unde ratio est vis anime non solum cognitiva sed etiam motiva. Ratio autem cum iudicat aliquid esse bonum vel malum et ibi sistit tunc est cognitiva. Si autem procedat ulterius et iudicat hoc bonum esse faci-

Folium lxj

edū sic est posita motū. Cui⁹ superior pars de diuinis et eternis intendit inferior
aut de transitorijs iudicat et ea disponit. Item superior pars accipit rationes
per leges diuinas vt hoc est faciendum quia deus precepit. Pars autem inferi
or accipit rationes per leges humanas vt hoc est faciendum quia honestum est
vel quia expedit reipublice. Et licet superior pars extendat se ad contemplatio
nem eternorum differt tamen ab intelligentijs. quoniam intelligentie negociantur
in eternis per modum intuitionis. Ratio autem non sed ratiocinando et confe
rendo. Inferior pars rationis circa res temporales versatur cui adinnecta est
sensualitas et sepe ab ea allicitur et vincitur et ad peccatum trahitur.

¶ Item intellectus alius est

Vnde intellectus in sua essentia est substantia simplex indivisibilis rationalis ratione eius sim
plicitatis quocumq; se diuertit ad actualem intellectionem ibi se totaliter diuertit. Et sic non po
test se simul et semel conuertere ad singula eius scita que in se retinet. sed cum se actualiter diuer
tit ad vnum tunc habet habitum et est in potentia ad reliquum. Et hoc est q; voluit Albertus
et Auroz q; intellectus actualiter informatus ille diuiditur in intellectum in actu et in habitu.
Et sic vnus et idem intellectus habet se diuersimode ad res intellectas. Vñ intellectus in ha
bitu est intellectus habitibus et scientijs informatus de facto tamen non aduertens scias sed cū
vult tunc potest intelligere. Sed intellect⁹ in actu est intellect⁹ scientijs informatus qui se actua
liter diuertit per tales habitus et scias ad intelligibile. Et de hoc regre loquitur in figura superius.

Item intellectus alius est in habitu qui cū vult potest intelligere. Alius in actu
qui actualiter ad intelligere se vertit.

¶ Est tamen sciendum

Diuinus intelligit in seipso et non per aliquod superadditum sibi

Intellectus Angelicus intelligit per species sibi concreatas

Humani intelligit per species a rebus abstractas

Intellectus diuinus

Vnde prima causa cognoscit se et omnia alia a se. Vno modo quia causa prima est actus purissim⁹
ergo non potest recipere in se species rerū xij. metaph. In deum em̄ nullum cadit accidens s̄m
beatū August. et. vij. metaph. Et cum nulla re est componibilis. xij. metaph. Ideo non p̄ spe
ciem superadditam sed per essentiam suā cognoscit se. Et per eandem essentiam omnia a se simul
et semel sine discursu et simplici intuitu. Ita tamen q; primo prioritate nature intueatur suam
essentiam et seipm tanq; propriū obiectū immediatū cognitionis. Sed q; essentia dei est similitudo
omniū rerū in hoc qd est ydea omniū rerū et cā exemplaris omniū in genere cause efficientis
finalis et formalis. Ideo cognoscēs se simul et semel cognoscit omnia que reuertunt in eo. Et quia
oīs res h̄z ydeā in mente diuina ideo s̄m illam cognoscitur a deo. Sunt em̄ mltre ydee in mente
diuina indistincte tñ menti diuine ita q; res multipliciter im̄tranit deum s̄m diuersos grad⁹ per
fectiōis quos deus cōtinet per essentia. Et est vna pfectio quā differenter participat creature se
cundū quā etiam nominatur multe ydee. azinus em̄ habet aliā ydeam in mente diuina q; hō. i.
alia rōe cognoscitur producendus vel productus. nā s̄m aliū gradū pfectiōis. Et dicebat p̄io
ritate nature. quia s̄m rem nulla est successio in cognit. de diuina. cū pro eodem instanti eterni
tatis inuariabiliter cognoscit simul se et omnia alia. quia tñ deus est causa aliarū rerū dicit obie
ctum immediatum sue cognitionis prioritate nature. Hoc modo locutus est beatus Thomas
parte prima vbi docet quō deus cognoscit omnia p̄sencia p̄a et futura. possibilia et impossibilia.

Tractatus Tertius

Schotus

Secunda distinctione primi libri dicitur quod intellectus diuinus est infinitus et cognoscit quodcumque intelligibile perfectissime in quantum est intelligibile in se. et unico actu intelligendi intelligit seipsum et omnia ut ait Commentator. xij. metaphisice. Intelligere dei est sua substantia. et sic patet quod sua substantia est sua actio. Et est actus purus et simplex. Et ibidem dicit Commentator quod intellectus in deo intellectum et intelligibile idem sunt. Et ut inquit

Beatus Thomas

Par. j. q. xiiij. Nihil est perfectio primi intellectus nisi ipsa essentia dei. Intellectui itaque diuino comparari non potest intellectus angelicus neque humanus. Ideo nullus homo vel angelus videt essentiam dei potest illam infinite intelligere. Sed solus ipse deus.

Intellectus angelicus

Cognoscit se et alia a se non vno modo sed diuersimode. Nam cognoscit se per propriam essentiam. i. seipso. Et non per speciem superadditam quia est sibi sufficiens medium representandi. Et in hoc sicut b. Dionysium intellectus angelicus est deiformis. Et sicut Bonaventuram in secunda dist. iij. non dicitur deiformis eo quod habet deiformitatem quam habet intellectus gloriosus per assimilationem que est in statu perfecto. Sed quia sine susceptione specierum per illud quod in se habet actu cognoscit ex hoc angelus naturali cognitione diuina essentia videre non potest. quia hec cognitio est premium meriti quo habito creatura quiescit. Angelus autem per naturam beatus esse non potest. quare intellectus angelicus limitatus est et quodammodo nihil dici potest in comparatione intellectus diuini. Et ideo. b. Tho. par. j. q. lv. ar. j. inquit. Et ideo solus deus cognoscit omnia per essentiam. angelus autem per essentiam suam non potest omnia cognoscere sed oportet intellectum eius aliquibus speciebus perfici ad res cognoscendas. De quibus speciebus diuersa est philosophorum opinio. An scilicet sint comproducte coeternae seu connaturales.

Beatus Thomas

Parte. j. q. lv. ar. ij. in principali responsione inquit. Species per quas angeli intelligunt non sunt a rebus acceptae sed eis connaturales. Sic enim oportet intelligere distinctionem spiritualium substantiarum et ordinem sicut est distinctio et ordo corporalium. Suprema autem corpora habent potentiam per formam totaliter perfectam. Inferiora autem corpora potentiam non habent omnino perfectam immo accipiunt nunc illam nunc aliam et iterum aliam formam ab agente. Sic si militer inferiores substantie intellectiue scilicet anime humane habent potentiam intellectiuam non completam naturaliter sed completur successiue per species a rebus acceptas. Sed potentia intellectiua in superioribus substantiis spiritualibus. i. in angelis naturaliter completa est per species intelligibiles connaturales in quantum habet species intelligibiles connaturales ad omnia intelligenda que naturaliter possunt cognoscere quod ex ipso modo essendi eorum ibidem latet de dicit. immo et Autor causarum intelligentiarum dicit esse plenas formas. i. speciebus intelligibilibus quare intellectus angelicus intelligit se per essentiam et omnia alia a se per species. non quidem acquiras seu abstractas cum ex quo careat instrumentis nullam speciem a rebus abstrahere posset sed per species concreatas. Et hoc patet ex suo ordine. Nam intellectus angelicus est medius inter diuinum intellectum et humanum. Etiam per participationem. participat enim cum diuino in hoc quod intelligit se per propriam essentiam et omnia alia a se per species sibi quibus concreatas in quo se intellectui humano quadrat.

Plato

Dicit angelicum intellectum intelligere per species sibi comproductas. Nam Plato dicit deum esse factorem mundi et auctorem intelligentiarum. quas ubi produxit comproduxit eis scientias et notitias rerum. Et allegant hoc idem de intellectu humano. Voluit enim deum esse factorem mundi et non creatorem ut in Timaeo scribit vocans deum opificem mundi qui sempiternum exemplar imitans redegit in ordinem chaos temere agitarum etc.

Aristotiles

Dicit mundum fuisse ab eterno et intelligentias fuisse coeternas deo quare vult eas intelligere per species sibi coeternas et non comproductas. nam non ponit productionem earum. Et hoc est quod voluit Autor causarum. Intelligentie sunt plene formas etc. Inter quas opiniones standum est opinioni beati Thome tanquam communiori.

Folium lxi

Intellectus humanus

Quia sub corporis tugurio positus est. hoc est immersus sensibilibus. intelligit per abstractionem rerum. i. naturalium. similitudinum a rebus particularibus. cognitio prius per sensum. Nam in iij. de anima. Dicitur quemcumque intelligentem phantasmata speculari. Hoc est. quilibet intellectus humanus abstrahit species intelligibiles a phantasmatibus. i. speciebus sensibilibus primo posteriorum. Sensus est ianua intellectus. Et hoc est quod voluit

Beatus Thomas

Parte. i. q. lxxv. ar. iij. Intelligere cum phantasmate est propria operatio anime secundum quod corpori est unita. separata autem a corpore tunc habebit alium modum intelligendi similem rebus substantiis a corpore separatis. Sicut enim se habent sensibilia ad sensum ita phantasmata ad intellectum. Constat autem quod sensatio non potest fieri sine sensu ergo neque intellectio sine phantasmatibus. ideo impossibile est pro statu presentis vite intellectum nostrum intelligere nisi per conversionem ad phantasmata. Quod declarat. b. Thomas. ex signo. Nam hi qui viciantur in sensibus interioribus ut frenerici non possunt intelligere neque veri scientes. Similiter in amentibus et lunaticis. Cuius non est alia causa nisi quia intellectus noster utitur sensu ministerialiter et per suppositivum. Unde et secundum diversitatem sensuum interiorum et subtilitatem diversificatur intellectus in intelligendo. unde et primo metaphysice Aristoteles dicit animam humanam esse sensitivam in laborando et extrahendo species intelligibiles a phantasmatibus in quibus sunt. Ex quo concludit textus quod intellectus noster humanus corpori coniunctus non potest deum cognoscere quo ad quid per propriam speciem sed in adequata in hac vita sicut voluit. b. Tho. par. i. q. xiiij. ar. i. in solutione quinti. Ipsam naturam dei prout in se est neque catholicus neque paganus cognoscit. Et. i. q. i. ar. ix. Magis scimus de deo quid non est quam quid est. Et est ad hec ratio quia intellectus noster pro statu presentis vite naturalem respectum habet ad naturas rerum naturalium convertendo se ad phantasmata formas abstrahendo. Sed forma abstracta debet esse simplicior illo a quo fit abstractio. modo deo nihil est simplicius. xij. metaphysice. Neque phantasmata ergo neque ab intellectu humano quo ad quid est seu secundum suam propriam naturam est cognoscibilis. Potest tamen ab eo cognosci aliquo modo quo ad quia est et effectus. quod voluit. b. Thomas. par. i. q. lxxv. ar. vij. cum inquit. Incorporea quorum non sunt phantasmata cognoscuntur a nobis per comparationem ad corpora sensibilia quorum sunt phantasmata sicut veritatem intelligimus ex consideratione rei circa quam veritatem speculamur. Deum autem ut dicit Egidius cognoscimus ut causam et per excessum et per remotionem. Sic itaque in hac vita imperfecte et velate deum intelligimus. sed post separationem anime a corpore in futura patria cognoscimus ipsum deum per sui essentialis luminis claritatem. quod per pulchre testatur Apostolus ad Corinthios. cum inquit. Videmus nunc per speculum et in enigmate. i. a posteriori per similitudines effectuum devenimus in cognitionem dei. cum invisibilia dei ex creatura mundi conspicimus. tunc autem facie ad faciem videt essentiam divinam anima beata. Ad quam nos dignetur deus dei filius triumphalis rex regum et illuminatur omnium intellectuum cum gloriosissima eius genitrice dirigere in secula seculorum Amen.

Est tamen sciendum quod aliter cognoscit deus. aliter angelus. aliter homo. Intellectus enim divinus seipso res cognoscit. Intellectus autem angeli cognoscit res per species sibi concretas que sunt similitudines rerum. Sed intellectus humanus cognoscit res per species abstractas a rebus particularibus per sensum prius cognitio. Sed deum non cognoscit per abstractionem quia similitudo abstracta simplicior est illo a quo fit abstractio. Deo autem nihil est simplicius.

Hoc itaqz Breuiloquium ego Iohannes

Tilingus de Buncheberck vobis Scholaribus nostri Franckofordensis Studij studiosissimi. Et presertim tibi

Michaeli Vortliff


Ecclesie sancti Georgij in Buncheberck plebano diuinorumqz interpreti benemerito precepto meo semper colendo. Canonica non solum institutione verum etiam poetica monitus informatione adeo breuiter clare atqz dilucide volui recensisse. Doctor enim a docendo interpretatur. Caueat ne proferat tacenda vel dicenda reticiat. lxxij. dist. Etiam rector. Et debet seipsum et sua verba secundum audientium capacitatem et ingenium coaptare. viij. q. Oportet. Qui enim docet que ab auditoribus intelligi non valent non eorum utilitatem sed sui ostentationem facit. xliij. dist. vl. Nec debet esse arrogans sed humilis de maio. et obe. c. vl. Nam habet hoc proprium doctrina arrogantium vt humiliter nesciant proferre que docent. et recta que sapiunt recte non possunt ministrare. xlvj. dist. capi. j. Volens ergo in statu scholastico famose reperere discat pauca et breuia. non exquisita recitare secundum ipsum Jo. an. Et facit. Quia melius est pauca bene et ydonee effundere qz multis inutilibus homines pregrauare. Et melius est pauca caute agere qz multis se periculose immiscere vt norat glo. elegans super verbo. Melius in c. Cum sit ars artium de era. et quali. que pro hoc allegat sua iura. Quod etiam dicit glo. ibi esse contra illos qui multa inutilia allegant. Multitudo enim viciosa nil habet honesti secundum eandem glo. Et hec de Canonica institutione. Insuper poetica compulsa informatione secundum illud Horacij facti in de arte poetica sic inquentis. Sumite materiam vestris qui scribitis equam Viribus et versare diu quid ferre recusent. Quid valeant humeri cui lecta poterit erit res. Nec facundia deleat hunc. nec lucidus ordo. Ordinis hec virtus erit et. Venus haud ego falloz. Valete itaqz his domini mei studiosissimi faustissime. Et tu preceptor mi quoqz Vale. Datum Franckofordie tertio Kalendas Decobris Anno. M. CCCC. vij.

Iohannes Tilingus Monopolitanus
ad Michaellem vteriophilum monopolitanum Anistitem Edis diui Georgij.

Ingenue fateor sterilem mentitur amicum
Urbez me sterilis tegmine grata tamen
Urquo sed nugis tiliam re doctesacerdos
Hoc tibi nam donum dulcis amice dico
Dij precor hoc in te testetur pignus amorem
Quo te dum viuo fautor amande colam.



○ porz quēcūqz itelligētē phāsmata speculari. iij. de aīa



Impressum est hoc opus per bone-
stum virum Conradum Baum-
gartben in Opido Francko
phordienti Anno christi-
anissimi partus Mille
simo quingentesi
moseptimo



*Im-pressum finit
hinc definit mo-
tus*

Anno Domini 1654
Kurfürst Augustus

assum. fortasse Simonius egr
in lumbis coposita illa scias
Anny nimmery Barba Cadonis
Sagisundo barba jubente parit
1554.

65255

X 220 1654

So.

Tolle anima sy
rationaliter & mit
lum tunc tempus
quia nullus tunc
est


Tolle anima vltim
et mltu vlt tempus
quia nullu nimmery
Sic vlt vlt vlt et vlt
vlt vlt vlt vlt

Si quis in regno...
Camerburgensi...
Qui ad nobis...
Ego sum...
Terra sine...
Hic loco...
Dic Camerburgi...






Page VII, 54, 4.



rate in stuc



1. Dagi
Linthol
bbergh
Matura
ie. accu
ndiosis

